



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356




N. III. 30.

Th. 4895.




Anno 1709
25 Octobr.
S. Bened.
III
5






Inuocatio
25. Octobr.
S. Bened.
8.
III
5


VI.






Inuocatio
S. Benedicti
III


91.





Inuocatio
s. v. l. m.
s. Bened.
14.
III
2







SVBIECIT REGNA.

IMAGINES
SANC TORVM
ORD.S.BENEDICTI
Tabellis æreis expref
sæ cum eulogiis ex
corundem vitis :

AVCTORE
R.P.F. Carolo Stengelio
eiusd. Ord. Mon. SS. Valrici
& Afræ Aug. Vind. Profef. So.

M. DC. XXV



VICIT HÆRESES.



PENETR. INFERIORA TERRÆ.



CONVERTIT GENTES.



CONSTRVXIT ECCLESIAS.



MARTYRII PALMAMERUIT




EVNDAVIT ACADEMIAS

Collegii Societatis IESV Paderbornæ. A 1697.

anno 1714. Kloppenburgeri.

Handwritten notes in red ink:
 Inuentione
 SS. Valrici
 & Bened.
 III



REVEREN-
DISSIMIS, NOBI-
LIBVS, ET AMPLIS-
SIMIS IN CHRISTO PA-
TRIBVS AC DOMINIS, MONA-
steriorum Ord. S. Benedicti in Austria, nec
non Finitimis Styria & Ca-
rinthia.

DD. ABBATIBVS.

F. CAROLVS STENGELIVS F. P.

REfert ex Euhemero Firmianus Laetantius *lib. 1. de falsa Relig. c. 22.* (REVERENDISSIMI, NOBILES & AMPLISSIMI PRÆSVLES) Iouem cum terras circuiret, in quamcumq; regionem venerat, reges principesve populorum hospitio sibi & amicitia copulauisse; & cum à quoque digrederetur, in petrasse fanum hospitis sui nomine; *quasi ita posset amicitia, & fœderis memoriâ conseruari. Sic constituta sunt, inquit Laetantius, templa Ioui Atabyrio, Ioui Labrudeo. Atabyrius enim & Labrudeus hospites eius, atq; adiutores in bello fuerunt.*

runt. Item Ioui Laprio, Ioui Molioni, Ioui Cassio, & quæ sunt in eundem modum. Et paulò post. Hoc modo religionem cultus sui per orbem terræ Iupiter seminavit, & exemplum cæteris ad imitandum dedit.

Multò sanctiore exemplo Magnus ille Ordinis Nostri Conditor BENEDICTVS cùm adhuc inter mortales æuum ageret, plurimos in regulæ vitæque suæ societatem traxit, nec ab illis vnquam digressus est, quin præclaram hospitii fæderisque sui memoriam post se reliqueret. Passim illius nomine & auctoritate templa, passim Monasteria erigebantur. Quæ tanto illi honorificentiora erant, quanto minus ea sibi ambiuit. Neque enim sibi ipsi inde nomen quæsiuit, vt Iupiter ille, sed seruis Numinis ædes constituit, cultui Numinis templa voluit creari, vt & homines essent, qui Numen impensius celebrarent, & loca forent quibus Numen impensius celebraretur. Itaque cum ipso Dei cultu nominis sui memoriam vel inuitus propagauit. Nequaquam tamen & Deo inuito, Qui amicos suos nimis vult esse honoratos.

Quare quod in BENEDICTO fecit, idem executus est & in imitatoribus BENEDICTI; quorum historias & præclara facinora voluit perpetuò versari ante oculos posterorum.

Ego igitur vt & ipse non modò BENEDICTI, sed etiam BENEDICTINORVM vestigia tanto alacrius sectarer, & alios ad idem præstandum, pro modulo meo, incenderem, id vnnum ferè à multis iam annis operam dedi; vt eorum nomen atque laudes ab obliuione vindicarem. Et quoniam magna volumina, velut magna quædam templa, tantillo ingenii doctrinæque meæ ære exædificare non possum, paruos saltem libellos veluti sacella quædam extruo, quibus tantorum luminum fulgores si non plenè perspici, saltem de radiis suis cognosci possunt. Et quis scit an non his ipsis id efficiam, quod fortasse illis non impetrarem? Sæpe opusculis maior inest gratia, quam operibus. Multi gratæ se breuitati permittunt, quos molesta prolixitas fatigauisset.

Inter

Inter hæc ergò talia mea opuscula, & ista Sanctorum nostrorum Elogia Imaginibus atque iconisimis eorundem addita sunt, Pauca, fateor, & quæ de millibus, quæ iam collecta in seriniis meis lucem exspectant, vix prægustum aliquem dent: sed tamen vel idcirco non contemnenda, primò quia illorum sunt, qui meruerunt, elogia: secundò, quia aliorum præclara exempla. Et, ni fallor, hoc ipsum monet Apostolus dum ait, *Heb. 13. Mementote prepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conuersationis, imitami fidem.* Ob hanc ipsam causam Romanis olim profuit imagines proauium in bibliothecis, veteres ceras in atriis collocare,

———— pictosq; ostendere vultus
 Maiorum, & stantes in curribus Æmilianos
 Et Curios iam dimidios, humerosq; minorem
 Coruinum, & Galbanum auriculis nasq; minorem

denique ————— multâ deducere virgâ
 Fumosos Equitum cum Diocetæ magistros, inquit Iuuenalis Sat. 8. ne scilicet coram Lepidis, Pâullis, Cossis, vel Drufis malè viueretur. Itaque par est, vt & nos *Laudemus viros gloriosos & parentes nostros in generatione sua. Eccles. 44.* Inueniemus non solum sanctos ipsa antiquitate sua venerandos, sed etiam in curribus & acie stantes Æmilianos, sed Curios iam dimidios, sed auriculis, aliisq; membris carentes Martyres; qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt re promissiones, obtinuerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum; acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem dissentiant, non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt, circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angu-

fiati, afflicti; quibus dignus non erat mundus in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & cauernis terræ. Hebr. II.

Hostales imaginibus, immò imitatione, immò Vobis (REVERENDISSIMI PRÆSVLES) dignos esse cùm non dubitarem, animum appuli ad eos non solùm Encomiis, aut saltem breuibus Elogiis, iconis inique exornandos, sed etiam Vobis, qui statis in atriis domus Domini proponendis, dedicandisque. Et vel idcirco maximè, quia nemo eos dignius aspicit, quam qui imitatur. Porrò Vos eorum imitatores esse, non est quòd multis ostendam. Testatur id inferior, superiorque Austria. Testatur totus Styriæ Carinthiæque tractus. Testantur variæ Academiæ in quibus & ipsi vsque ad tummos Theologiæ apices ascendistis, & Religiosos Vestros tanta adhuc curâ ad omnem eruditionem enutritis. Testantur id & honores Theologici, ad quos multi Vestrum sunt promoti. Scilicet non satis fuit, Vos didicisse. Ita didicistis, vt & ipsi Doctores esse possentis. Testantur ipsa Prouinciarum comitia; testantur Cæsarium Regumque concilia. Neque enim Consilarii tantum optimi, sed optimorum etiam consiliorum Præsides estis. Testantur denique tot florentissima Cænobia, & florentissimi Cænobiorum Religiosi, qui Vestrâ prudentiâ, eruditione, pietate; ad hunc florem, ad hanc eruditionem, ad istam pietatem peruenerunt. Quæ omnia, ac plura alia testantur, Vos maiorum nostrorum & illustres imitatores esse, & tales in terris viuere, vt & ipsi mereamini inter eos cum Elogiis reponi, quorum alii sint imitatores. Valete, & opellam meam

Vobis acceptam esse sinite. Augustæ Vind. Cal.

Ian, anni Sacri Iubilæi

MDCXXV.

FACVL.

FACULTAS.

Imagines & Eulogia Sanctorum Ordinis S. Benedicti R. P. Fr. Caroli Stengelii in publicum dari permitto.

PETRVS Episcopus Adramytenus Suffraganeus & Vicarius Augustanus.

L. IANVA.

*Founding
of the
S. Benedict
III*



Anct. OBILO Aruernæ oriundus ex Clerico Briuatensi
 Monachum professus in Cluniacensi Cœnobio, post Maio-
 lum sanctum Abbatem Cluniacensem, qui in Cluniaco mag-
 num sui apud posteros vitâ & miraculis exemplum reliquit;
 præficitur ipsi Cœnobio; quod per annos LVI. miro reli-
 gionis feruore rexit, & prouexit. Qui egregia & maximâ
 pietate insignis non solum vitæ exemplis, sed miraculis in-
 vitâ suâ claruit. Qui cum reprehenderetur quod in peccantes minùs durior iu-
 sto esse videretur, *Si damnandus sum, inquit, malo damnari de misericordia, quam
 de duritiâ.* Erga beatissimam DEI genitricem MARIAM ardentissimâ de-
 uotione flagrabat, ita vt constitutus in choro psallentium, cum ad illum ve-
 niretur ex modulantium alternatione versiculum: *Tu ad liberandum susceptu-
 rus hominem, non horruisti Virginis uterum,* in terram se repente prosterneret,
 sicq; per corpus ostenderet, quibus desiderij cœlestis in mente facibus æstua-
 ret.

Commemorationem omnium defunctorum post festum omnium San-
 ctorum in Burgundiâ primùm adinuenit & instituit. Quod quidem sanctum
 institutum ad omnes Ecclesias Ioannes XVI. Pontifex obseruandum transmi-
 sit & approbavit. Is anno incarnationis MXLVIII. nocte circum-
 cisionis beatum spiritum reddidit DEO. *Ex vita per
 B. Pet. Dam.*

S. ADAL-



S. ODILO ABBAS ORD. S. BENI.

Hic primus Commemorationem omnium fidelium defunctorum prima die post festum omnium SS. in suis monasterijs fieri precepit quem ritum postea universalis Ecclesia recipiens approbavit.

Obijt Cal. Ian. A.C. cxxlviij.

Wilton. f.

In diebus
SS. Odilon
S. Bened
III
2

ADAM

B

II, IANVA.

S ADALARDVS regio genere natus, & Bernardi fratris Pipini regis Fran-
ciae filius, rebus huius seculi spreis atq; contemptis, vigesimo ætatis an-
no fit monachus: de quo illud legitur, quod quotidie bis saltem, mane ac ve-
lperi, sua alienaq; peccata, profusus vberimè lachrymis, deploraret. Abbas
autem S. PETRI Corbeia in Galliâ creatus, ita omni virtute floruit, vt An-
tonij sanctissimi Abbatis nomine, illum aliqui appellarent. Construxit etiam
aliud Coenobium Corbeia nomine, in Saxoniâ, supra littus Wisræ fluminis, in
honorem S. VITI Martyris anno Domini DCCCXXII.

Tandem meritorum magnitudine cumulatus, ætate in Religionis studio
actâ, animam DEO reddidit IV. Non. Ian. circa annum CHRISTI
DCCCXXXVI. Sepulchro additum hoc Epitaphium.

*Hic jacet excimius meritis venerabilis Abba,
Noster ADELHARDVS, dignus honore senex.
Regia presapiens, Paradisi jure colonus,
Vir charitate probus, moribus, atq; fide.
Quem dum sub titulo recolis tu quisq; viator,
Cerne quid es, quid eris, mors quia cuncta rapit.
Nam post octavas Domini hic carne solutus
Succedente die astra petiuit ouans.*

Ex vita ap. SUR.

S. ADAL-



*Inuicem
 ad obitu
 S. Bened
 III
 2*

B 2

XV. IA-

S. MAURVS patriâ Romanus, ex clarissimo Senatorum genere ortus, patre Æquitio, matre verò Iuliâ, cùm adhuc puer duodecim esset annorum, Deo & sancto Benedicto oblatu. breui tantùm diuina gratiâ profecit, vt ipsi Magistro admirationi esset: qui illum sãpè, veluti regularis obseruantia, & virtutum omnium specimen, ceteris discipulis ad imitandum proponebat. Cuius adhuc adolescentis, illud admirabilis obedientia exemplum à Sancto Gregorio Papâ commemoratur. Nam cùm Placidus monachus in lacum prolapsus, aquarum impetu raperetur, sancti patris iussu accurrens Maurus, & super aquas incedens, socium capillis apprehensum ad terram attraxit. Continentia tantâ fuit, vt per Quadragesimam bis tantum in hebdomadâ, & quidem parcissimè cibum sumeret. Somnum stando, vel cum nimia eum lassitudo compulisset, sedendo, super aggestum calcis & sabuli strato cilicio, capiebat. Missus in Galliam ab eodem sancto Benedicto, celebri Monasterio extructo, cui annos quadraginta prae fuit, monasticam disciplinam mirificè propagauit.

Deniq; sanctitate & innumeris claris miraculis, migravit in cælum, cum in religione annos LXII. vixisset, & in Gallia XLI. essetq; ætatis annorum, LXXIV anno Christi DLXXXIII. XVIII. Kal. Febr. Sepultus primùm in Monasterio Glanofoliensi, quod ipse Andegauis construxerat. Nunc verò pars corporis, eaq; maxima Parisiis, pars altera Secusij intra Pedemontias alpes, digno honore condita sunt. *Ex vita ap. Sur.*

S. MAV-

-11 V3



S. MAVRVS ABBAS

Rome patre Eusebio Senatore viro illustri vobis S. Benedicto quondam obla-
tus tanta fuit obedientia vt ad regendum e lacu puorum Placidum in ius-
sio velle nil aduersari super equis cucurrerit Misus in Gallias Monasti-
cium Ordinem mirifice propagans Deniq; sanctitate & miraculis clarus
septuagenario aetate migravit in caelum XV. Ianuarij A. D. LXXXIV.

Imaging
of St. Maurus
S. Bened
III
5

S. BONI

B 3

XV. IA-

S BONITVS patre Theodato, matre Syagriâ natus, Adolescens in aula regis primos honores consecutus est, ita vt etiam præfecturam Massiliensem acceperit, quam etiam summâ æquitate & dexteritate administravit, in pauperes & captiuos præcipuè misericors, sibi verò ipsi rigidus. Successit dein Auito fratri in Episcopatu Aruernensi, sed postea arctioris vitæ studio inflammatus Episcopatu relicto Monasterium Magnilocense petijt, monasticoq; habitu sumpto, in bonis operibus perseverans, clarus miraculis quieuit in Domino XV. Ian. Idem cum se totum contulisset ad perfectè amandum Christum, & eius sanctissimam Genitricem, quodam tempore cum turbis ingressus templum S. Michaelis, in angulum se abscondit. Peractis mysteriis, alijs abscedentibus, ille in suo permansit latibulo; talisq; ei prolixè oranti visio oblata est: Repente è cælo insonuit vox tanquam suavis melodia, & micantibus luminarijs vir Sanctus quasi multitudinem quandam conspexit eò adventantium. Ingressa autem in templum est V. M. MARIA cum candidissimo Angelorum & Sanctorum hominum cœtu, tanquam Regina circumstante exercitu. Cantabant autem omnes illi laudes Christo & Matri eius: Atq; ipsa etiam sanctissima Virgo in laudibus Filij sui vocem exercebat suam. Procedebant autem per medium templi chorum; cumq; ventum esset ad Altare, quesitum est à Sanctis nonnullis, quisnam Missam celebraret. Tum Virgo Beata: Ecce, inquit, adest hic Bonitus, Prasul vere bonus, & benè dignus, cui hoc muneris demandetur. Audiens hoc ille extimuit, seq; subducere conabatur: cui sane lapis cessit, in quo hodieq; eius rei apparent vestigia. Tandem quesitus, & inventus, ad illum beatissimum Conuentum perductus est, Sanctisq; ministrantibus, vestibus sacris indutus est, & divina ara applicatus. Consummato autem ea, quâ par erat, ratione sancto illo opere, Beatissima Virgo valesfaciens dilecto suo, pro munere celestem illi candoris eximij vestem largita est.

Ex vita ap. Sur.



S. BONITVS EPISCOPVS ORD: S. BEN.
 Arvernorum Praesul cum esset, ei noctu in ecclesia per-
 noctanti B.V. Maria Angelorum et sanctorum stipata
 choro apparuit, et uestim mirificam obtulit. Obijt .
 XV. Ian. circa. DCCXXVI.

Handwritten notes on the right edge of the page:
 In diebus
 s. Bonifacii
 III

III 2

XXIII. IA.

SILLEPHONSVS, natione Hispanus, Toleti nobilissimus, Stephano & Lucia parentibus ortus, Monachus primum, dein Abbas Agaliensis, tandem Eugenio vitâ functo, Archiepiscopus est creatus. Iis temporibus ex Gallia Gothica Pelagius quidam & Helladius profecti, veteris Heluidij insanis scintillas in Hispania exfuscitare ceperant, MARIAM virginem negantes perpetuò virginitatem retinuisse. Horum furorem sibi ILLEPHONSVS impugnandum sumpsit cominus disputando, eminus libro evulgato, in quo perpetuæ virginitatis MARIÆ patrocinium suscepit. Eâ diligentia erroris semina dissipata, compressiq; nefarij eorum impostorum conatus: operæ navatæ merces vestis de cœlo allata fuit. Cùm enim aliquando ad nocturnas preces persolvendas contenderet, templum maximum visum est maiori fulgore micare, quàm vt oculi mortales ferrent. Tunc ceteris aliò atq; aliò dilapsis præ terrore, ad aram ipse progressus, cùm nixus de more genibus preces funderet, in cathedrâ vnde is ad populum concionari erat solitus, adstantem beatam Virginem in augustiori quàm pro humano habitu specie vidit, his eum verbis compellantem: *Culte in tuo corpore virginitatis defensione premium erit ex cœlesti thesauro munus allatum.* Inter hæc verba vestem suis manibus capiti inseruit, *Hac inquit, filij mei, meaq; qua toto anno recurrunt festa celebrato.* Aliquando etiam ipso sacris operante S. Leocadia tumultu egressa, manum *Illephonsi* tangens in hæc verba prorupit. *Illephonse per te vivit Domina mea.* Obijt plenus sanctitate X. Kal. Febr. A. C. DCLXVII. *Ex vita & Script. Hisp.*

S. ILLE-



Illaphonsus
 S. Bened
 III
 5

S. ALDE

C

XXX.IA-

SALDEGVNDIS Virgo, Soror B. Waldetrudis. Angeli admonitu, in virginali puritate perpetuò perseveravit. Prouoluta pedibus S. Amandi Episcopi, sacro se velamine donari postulavit. Tam ardentè ad perfectionem exarsit, ut corrasis vndecunq; maiorum suorum thesauris, eosdem pauperibus distribuerit, vili tantum vestimento ex omnibus sibi referuato, quam erga inopes liberalitatem gratam sibi esse, miraculo Christus ostendit. Eodem namq; die, quo tam benigna in pauperes extiterat, cum lassatus corporis vires, aquæ hauustu reficere vellet, sensit illico aquam vinum factam.

Inter alia diuinæ consolationis beneficia, angelicâ frequenter visitatione roborabatur, ita vt nulla vnquam grauiori tristitia absorpta fuerit. Dum nocte quadam in Ecclesiâ precibus incumberet, meruit in ecstasi gloriosum S. Amandi ex hac vita transitum contemplari, & angelica voce præmoneri, vt se ad eandem cælestis gloriæ coronam breui percipiendam compararet. Cum porrò obitus sui diem iam instare cognouisset, multis lachrymis à Domino postulavit, vt ab omni peccati contagione in hac vita, per aduersa purgari mereretur. Demum superatis grauib; Diaboli insidiis, magno cum splendoris cælestis lumine, in cælum migravit III. Kal. Febr. Fundauit Malbodium monasterium in Hannoniæ civitate, in eoq; prima fuit Abbatisa. Floruit sub Dagoberto rege Francorum circa annum Domini DCXL. *Ex vita, & Mol. Natal.*





*Handing
 of the
 Bened
 ; III
 5*

INMA 2

C 2


XXX. IA-

SAMNICHADVS monachus Fuldenſis, natione Scotus, hac occaſione Fuldam venit. Richardus Abbas ibidem, cum aduenas transmare monachos S. BENEDICTI noſſet, inſignis perfectioris vitæ ſtudio ac ſeueritate, diſciplinæ ex Scotia veniſſe in Germaniam, dedit operam, vt ad excutiendum fuorum torporem, & accendendam exemplo virtutem, complures Scotiæ gentis monachos Fuldam accerſeret; horumq; accuratis vitæ, doctrinæq; ſtudijs, veterum pietatem ac eruditionem apud ſuos excitaret. Inter quos AMNICHADVS innocentia famâ & vitæ ſanctimoniâ clarus, cum ſeruere magno deſiderio ſolitudinis & amoris CHRISTI, iſtic priſco ritu arctius in- cluſus eâ ſanctitatis opinione vixit, vt ſuper eius ſepulchrum & cæleſtia viſa-

lumina, hauſtaq; voces Angelicæ pſalmodiæ. Obijt III. Cal Febr.

anno Domini MXLIII. Ex antiq. Fuld.

Brouneri.



XXX

S. AMNICHADVS



B. AMICHADVS SCOTVS ORD. S. BEN
 Hic presbiter in Fuldensi monasterio inclusus arctius, ea sancti-
 tatis opinione vixit, ut super eius humerum es caelestia visa lumina
 haurire, vocis angelicae prae-modum. Obijt anno MXLIII. xxx. Jan.

Handwritten notes on the right margin of the page, including the name "S. Bened" and other illegible characters.

3113

C 3

II. FE.

S LAURENTIUS natione Romanus, vnà cum S. Augustino & cæteris Monachis à S. Gregorio Papà in Angliam missus, vir doctrinà & moribus clarus, quem sibi adhuc superstes successorem delegit Augustinus, nese mortuo Ecclesia recens posita, pastore vel modico tempore destituta, ad gentilissimum, relaberetur; statim atq; Archiepiscopatus gradu potitus est, religionem Christianam promouere atq; stabilire omni diligentia, studio, sollicitudine, crebris exhortationibus, & continuis bonorum operum exemplis adnuitur: neq; solum recentis Anglicanæ Ecclesiæ curam gessit, sed etiam Britannos veteres, qui metu Anglorum in desertis Walliæ sese abdiderant, Scotos etiam, & Hybernos adhuc in Christianæ fidei dogmate rudiores pleniùs erudire, & ad rectam Paschæ celebrationem studuit perducere. Cum Britanniam ob Edbaldi Regis impietatem relinquere decreuisset, lectum sibi in Ecclesia Apostolorum, Petri & Pauli sterni iubet, in quo postquam recubisset, multis precibus, suspiriis & lachrymis, Ecclesiæ salutem & incolumitatem Deo commendauit. Quamprimùm verò obdormisset, illico ei visus est in somnis adesse S. Petrus, ipsum corripere, castigare, loris & flagellis cadere, quòd immemor mandati Augustini & officij sui, metu supplicij gregem Christi sibi commissum lupis rapacibus laniandum relinqueret. His B. Petri flagellis & monitis instructus S. LAURENTIUS manè factò ad Regem contendit, & reiectis vestimentis, quantis esset verberibus concisus, ostendit. Is reinvitate percussus, delicti veniam à LAURENTIO petijt, ac Christi fide susceptà repudiatoq; protinus turpi coniugio ad sanitatem redijt, ante actà deniq; vita emendata, susceptam fidem præclaris admodum pietatis iustitiæq; operibus declarauit. Sub cuius felici regimine S. LAURENTIUS laboris sui mercedem recepit IV. Non. Febr. *Ex*

V. Bed. lib. 2. cap. 4.

S. LAV-



SS AVGVSTINVS. MELLIVS. PETRVS. IVSTVS. PAVLINVS. LAURENCIVS.
 IOHANNES. ORD. S. BEN.
 GREGORIIVS. IN SV. DIVISOS. ORBE. BRITANNOS.
 AVGVSTINVS. ANTI. CHRISTICOLASQ. FACIT.

Handwritten notes on the right edge of the page, including the word 'Bened' and other illegible characters.

2 VNA 2

III. FEBRVA

SANSGARIVS præclarus regionum Aquilonarium Apostolus, sed t. in Episcopatu annis XXXIV. primis annis VII. Hamburgi; deinde post Barbaricam Hamburgi vastationem annis IX. in Ransolâ; reliquis verò annis Bremæ, vbi in matrice Ecclesiâ S. Petri sepultus est, in quâ & ipse S. Willihadum transtulerat. In primo adolescentiæ flore Regulam S. Benedicti professus est in Franciâ Corbeia, atq; inde postea in novam Saxoniam Corbeiam commigravit. Vbi cum ageret contigit vt Haraldus Rex Danorum à Ludouico Augusto auxilium peteret: quod ei Imperator se laturum promisit, si vellet ei fidem Christianam profiteri. Itaq; fidem Christianam Rex ille recepit, atq; ad eum Imperator eum de sacro fonte leuauit, & in filium adoptauit. Deniq; cum vterq; quæreret prædicatorem in Aquilonarem regionem mittendum, vtrò sese ANSGARIVS ad hoc obtulit, nihil territus barbaricæ gentis crudelitate. Atq; hac occasione, magno Episcoporum, & Principum habito consensu, consecratus est Archiepiscopus Danorum, Suedorum, Sclauorum, & omnium Aquilonarium regionum, per manus scilicet Drogonis Præsulis Metensis, auctoritate Gregorij IV. sede in ciuitate Hamburgensi constituta.

Et sanè exinde sanctus Pater creditum sibi in gentes legationis officium strenuè obiuit: captiuos redimendo, tribulatos resciendo, domesticos erudiendo, barbaris Evangelizando. Foris Apostolus, intus Monachus, nusquam visus est otiosus. Frisios quoq; adiens, castigauit eos pro labore Dominicæ diei; pertinacius verò agentes cælesti igne mulcavit. Obijt Bremæ III. Febr. A. C. DCCCLXVI.

Ex Haræo & Molano.



S.ANS.

III FEBRUARIL



S. ANSGARIUS ARCHIEP. ORD. S. BEN.
 Hic ex Hamiburgensi Episcopo I. Brenens. Archiep. Suecorum,
 Gotthorum, Danorum et Angliarum partium Magnus Apostolus,
 obiit A. C. DCCCLXV. III. Non. febr.

Handwritten notes in red ink on the right edge of the page, including the name 'Bened' and Roman numerals 'III' and '5'.

D

IX, FEBRVA.

B MAVRVS RABANVS cognomento MAGNENTIVS, Fuldæ natus & sacro baptifmate renatus fuit A. C. circiter DCCLXXXVI. In monaſterio Fuldenſi adhuc juvenis Monachum induit, & tam moribus, quàm ſcientiã mirabiliter profecit, virtute, innocentia, & morum ſanctimoniã clariffimus. Excelluit enim multiplici rerum cognitione; quare S. Odilo Abbas Cluniacenſis ſic eum prædicat: *RABANVS ſeculari ſcientiã aſſatim eruditus: fide Catholicus ſpirituale ſcientiã ad plenum edoctus, tale de laude S. Crucis texiit opus, & texendo perfecit, quo pretioſius ad videndum, amabilius ad legendum, dulcius ad retinendum, laborioſius ad ſcribendum non poteſt inveniri.* Item Trithemius: *Vir in divinis literis & ſcripturis eruditiffimus, & in ſecularibus literis nobiliter doctus Philoſophus, Rhetor, Aſtronomus, & Poeta ſubtiliffimus, cui (ut abſq; invidia laquar) nec Italia ſimilem, nec Germania peperit æqualem.* Sed & magno judicio, magnaq; antiquitatis peritia excellentiffimus Cardinalis Baroniſius tale ei encomium poſuit: *Emicuit planè RABANVS, ut fulgentiffimum ſidus, cuius quæ extant ſcripta tanquam lucis radij excellentiam demonſtrant auctoris, ut & iſſem illuſtrata Germania gloriatur ſuum haud ad eò imparem magnis habuiſſe Doctorem.*

Abbas creatus Fuldenſis A. C. DCCCXXII. ætatis ſuæ XXXV. ut celeſtis ingenij ornamentis, & immenſitate ſcientiarum, ſic adminiſtrandi ratione, & ea percolendi, quæ præclare maiores inchoarant, clarum uti ſidus inter Abbates emicuit.

Archiepiſcopi Moguntinenſis ordinatus eſt V. Kal. Julij A. C. DCCCXLVII. Quid verò per nouem annos concilia frequentando, erroresque extirpando, munificentia & liberalitatis argumento vario geſterit, neque publicæ fidei, neque priuatæ eius Eccleſiæ monumenta ſilent, homo, ut loquitur Trithemius, *in pauperes miſericordiſſimus.* Obijt ſanctitate clarus IV. die Febr. A. C. DCCCLVI.

ætatis ſuæ circiter LXX. ſepulchus in S. Albani templo: inde verò Hallas in Saxoniã translatus eſt ab Archiepiſcopo & Cardinale Alberto A. C. MDXV. *Ex variis Scriptorib.*

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF
PADERBORN
1800



S. RABANVS ARCHIEP. MOGVNT. E. D.
ORD: S. BENED.

*Plurima scripta manu Bædæ monumenta reliquit,
Atque fœnescentes hic inopos aluit.*

D 2


IV, FE-

Handwritten notes on the book's spine:
 Inuding
 ad vobis
 S. Bened
 III
 5

S RICHARDVS Rex Angliæ, pater fuit SS. Wilebaldi & Wunebaldi, & B. Walburgæ Virginis. Exiit purpuram & vitem induit tunicam; dimisso scepro accepit baculum: limina inuisit SS. & per loca deinde magis deuia solitudinem petijt, Deo soli, solus vacaturus. Post longa deinde exilia, post multa certamina; post famis, sitis & frigoris multimodas ærumnas, in Italiã ciuitate Lucã, cælo recipitur, VII. Idus Februarij, in Basilicã S. Frigidiani sepultus. *Ex eius Epitaphio.*

NOTATIUNCULA.

Non debuit hic (qui tot ordini Benedictino sidera lucidissima peperit) à liberis seiungi, licet in dicto ordine professionem solennem nequaquam emisisset, cum tamen laborum & pramiorum particeps fuerit.



S. RABANVS ARCHIEP. MOGUNT. E. D.
ORD. S. BENED.
Littere scripte manu Petri monachi ordinis
S. Benedictini in scriptura

S. RI-

IV. FE. D. 2



B 3

X, Ia

Handwritten notes in red ink:
 Finding
 of the
 bones
 of St. Richard
 in 1193
 III
 5

Partial text from the left page:
 i, &
 illo
 ia,
 oft
 alia
 fe-

Partial text from the left page:
 eris
 um

SCHOLASTICA virgo nobili loco Nursiæ nata, S. Benedicti Abbatis soror, fratris exemplum secuta, vitam monasticam apud M. Casinum, in loco, qui Plumbariola dicebatur, duxit, orationibus, ieiuniis, vigiliis, piisque meditationibus addicta. Semel in anno, quoad vixit, in locum sub dicto monte, quod & Benedictus aliquot monachis comitatus descendere venire consueverat. Postremo anno, cum de more Scholastica & Benedictus in eundem locum convenissent, diemque de more summam cum spiritus exultatione transigerent, Scholastica Benedictum ad Monasterium iam redire parantem, ut noctem illam apud se faceret, summopere rogat. Cum autem ille non annueret, quod nefas extra cœnobium noctu morari esse diceret, illa Deum precata est, ut quod frater negarat, obtineret: ac illico coruscare, fulgurareque, & vehementer pluere cepit, sicque Benedictus ad Scholasticam redire coactus, noctem illam de sacris rebus loquens cum sorore duxit insomnem. Mane Benedictus ob id, quod acciderat, sororem reprehendit, quæ se à Christo, quod ab eo obtinere non potuerat, petiisse, & impetrasse non negavit. Non multo post, cum S. Benedictus oraret, animam Scholasticæ instar columbæ candidæ in cælum ascendere conspicit. Descendens itaque corpus sororis tunc defunctæ elatum in tumulum sibi paratum intulit, ut, quemadmodum antea fuerant coniunctissimi, sic nec corpore post mortem essent separati. *Ex 2. lib. Dial. B. Greg. c. 33.*

S.SCHO.

PETRVS DAMIANVS RAVENNENSIS HUMILISSIMVS LECTOR
 in hunc de vicijs hominum prolixius scribit et lectulum postea
 in illis
 orationis adhibet
 tempore lectu
 per hunc
 dicit eius de
 rari miracul
 Roman accit
 lecto manere
 guesch Nicol
 num missas ca
 et lectu scrip
 tem ab Episc
 quod cum eg
 cur, faciens
 Ex dicit



S. SCHOLASTICA.

S. Benedicti Abbatis soror, ab ipsa infantia Omnipotenti Deo consecrata,
 non procul a Cassino monte degere sanctissime ac tandem miraculis
 claris quiescit in pace die. X. February, adhuc superstitis S. Benedicto
 qui et ipsius animam in specie columbe, caeli penetrate conspexit.

Handwritten notes on the book's spine:
 Benedict
 III

PETRVS

XXIX FEB

SPETRVS DAMIANVS Rauennæ humili quidem loco natus, sed eos in literis & vitæ sanctimoniâ progressus fecit, vt Ecclesiam postea maximè illustrarit. Is carnem suam cilicio ieiuniis, disciplinis, & vigiliis, præsidio orationis adhibito domabat, ita vt si quando stimulis illius agitaretur, nocte in tempestâ electulo confurgens sese in aquam immergeret, quoad algore membra rigerent. Deinde in Eremito Fontis Auellanæ habitum monasticum induit, eius deinde præfectus effectus, plurima construxit monasteria, plura parauit miracula. Stephanus IX. P. M. cognitâ viri doctrinâ & sanctitate, Romam accitum, inuitum Cardinalem, & Episcopum Ostiensem creat. suscepto munere ex obedientiâ pro Ecclesiâ plurimùm, maximè verò in extinguendâ Nicolaitarum hæresi, quæ Romam infecerat, elaborauit. Mediolanum missus, eam Ecclesiam ad Romani Pontificis obedientiam reduxit. Multa fecit, scripsit, & docuit. Senio confectus à Pontifice Rauennam, vt ciuitatem ab Episcopo seductam ad Ecclesiam Romanam retraheret, destinatur. Quod cum egregiè præstitisset, dum, completâ legatione, Romam reuertitur, Fauentiæ in Monasterio DEI genitricis extra muros in morbum incidit. Ex quo breui spiritum DEO reddidit anno CHR I S T I M C X X X.

VII. Kal. Martii. *Ex diuersis Scriptorib.*



[Faint, illegible text or a very light drawing below the main image, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]

XXII. FEB.

S. PETRVS



B. PETRVS DAMIANVS CARD. E. POSTORD. S. BEN.
Cardinis titulos claustrum posponit amori;
Securè ad Superos darsit EREMICOLA.

Handwritten notes in red ink on the book's spine:
Annoting
de vobis
Benedict
III
5

SSS. LEANDER, FVLGENTIVS, FLORENTINA, & ISIDORVS, tres sanctitate, & eruditione, ac pontificiâ dignitate illustrissimi fratres cum sorore sanctimoniali, omnes singularia Hispaniæ decora atq; lumina, & quos illa meritò velut præcipuos fidei Doctores veneretur; quippe, quam illi ab Arianis propè excisam longo interuallo, quasi nouis instris fûrculis, instaurârunt.

S. LEANDER ex Monacho Archiepiscopus Hispalensis, magnam habuit familiaritatem cum S. Gregorio Magno, qui in eius gratiam scripsit libros Moralium in Iob, & de cura Pastoralis. Interfuit atq; adeò præfuit Concilio Tolerano III. item Primo Hispalensi, multa edidit scripta, in quibus minimè fucata probitas mentis, & acumen ingenii perspicuè elucet. Obiit circiter A. C. DCI.


S. FVLGENTIVS, itidem ex Monacho Episcopus Astigitanus, vir sanctitate, eruditione, incenso aduersus Arianos odio fratribus similimus. Linguam Hebræam, Græcam, Arabicam, Syram, Latinam apprimè calluit. Scripsit in sacram Scripturam complures libros. Eum Astigitani præcipuâ pietate complectuntur.

S. ISIDORVS Doctor & Legislato Hispaniarum, quadraginta annis rexit Ecclesiam Hispalensem, scriptis libris & miraculis clarissimus, obiit pridie Non. April. anno DCXXXVI. *Exstitit quippe spiritu prophetiæ clarus, in elemosynis largus, hospitalitate præcipuus, corde serenus, in sententiâ verax, in iudicio iustus, in prædicatione assiduus, in exhortatione letus, in lucrandis Deo animabus studiosus, in expositione Scripturarum cautus in consilio prouidus, in habitu humilis, in mensâ sobrius, in oratione deuotus, honestate præclarus: semper pro Ecclesiâ, ac veritatis defensione pronus, & in omni bonitate cõspicius. Præterea pater extitit clericorum, doctor & sustentator monachorû ac monialium, consolator marientium, tutamen pupillorum ac viduarum, lenamen oppressorum, defensor ciuium, attritor superborum, persecutor & malleus hereticorum, inquit*

Lucas Tudenis lib. 3. Chron.

SSSS. LEANDER, FVLGENTIVS, FLO-
RENTINA & ISIDORVS.

33



*Archiepiscopus
S. Isidori
S. Benedicti*

*III
5*

STIVS 2


E 2

I MAR.

S SVITBERTVS Werdensis Episcopus, Teisterbandiæ, Westphaliæ, Batauiæ, Frisiæ, Boructuariorum, Saxonum, aliorumque Germaniæ populorum Apostolus, primùm Monachus, deinde Abbas in Angliâ, inde in Germaniam inferiorem missus est; anno DCXC. cum S. Willibrordo & aliis decem sociis, à S. Egberto, propagandi Euangelii causâ; vt Bedain Hist. Angl. narrat. Venia à Pipino Heristallo, Maiore domus regiæ, impetratâ, longelatque verbûm Dei sparsit, & plurimas variis locis basilicas excitauit. Vtque maiorem messem faceret, in Angliam reuersus, anno DCXCV. à S. Wilfrido, Merciorum Antistite, consecratus est Episcopus.

Anno DCCVIII. Coloniam Agrippinam ad Plestrudem Pipini coniugem, indeque Iupiliam, Mosæ ad sitam, ad ipsum Pipinum se contulit, à quo VVerdam impetrauit, eoque in loco monasterium ædificauit, in diæcesi Coloniensi haud procul à Rheno flumine. Anno DCCXIV. ad Pipinum Iupiliæ ægotantem (qui Alpaidem pellicem iam antea dimiserat) venit, cum Agilolpho Coloniensi Archiepiscopo. Anno demùm DCCXVII. laboribus fractus, VVerdæ Casaris Cal. Martij sanctissimè moritur, (cum in vita plurimis & admirandis miraculis claruisset) & in suo ibidem monasterio sepelitur, atque etiamnum colitur.

Relatus est in numerum Sanctorum anno DCCCIII. à Leone III. Pont. Max. *Ex actis ap. Sur. & alijs.*





S. SVIBERTVS EPISCOP' ORD. S. BENED.
 Hic Werda Antistes, apud Frisones, Batavos, & alios
 Germania populos Evangelium predicavit, quos cum
 Conuertisset ad Chrm. claris miraculis gemit in pace. Cal:
 Martij. Anno: DCCXVII.

E 3

III. MAR.

Handwritten notes on the book's spine:
 In diebus
 s. Swibert
 s. Benedict
 III
 5

RUPERTVS, venerabilis Tuitiensis Abbas, omnem officij pietatisque rationem adolefcens didicit in cœnobio S. Laurentij, ad muros vrbis Leodicenfis, sub Berengario Abbate, & præceptore Heribrando, viro fideli & prudenti, qui Berengario in Regimine successit. In prædicti Monasterij templo hodieque imago DEIPARÆ visitur, cultu miraculisq; celebris, quam Rupertus summa in veneratione habuit. Nam studio incensus sacrarum literarum, anno MCXXI. tardiori ingenio remedium orans, à Virgine Matre impetrat, fufus in præces in eiusdem Monasterij Ecclesiâ, coram prædicta imagine lapideâ. Postea in Tuitio Abbas substitit, & inter Doctores Ecclesiæ claruit. Est autem Tuitium, ex opposito Colonia Agrippinæ trans Rhenum, pagus ac monasterium illustre Benedictinorum, in quo, vt diximus, Rupertus scientiâ diuinitus acceptâ DEIPARÆ beneficio, & libris editis clarissimus, Abbatem egit religiosissimum, & anno MCXXXV. vitam sanctissimè finiit V. Nonas Martij.

Opera eius sapius tribus tomis distincta, excusa sunt, in quibus tamen, quædam hætenus desiderantur. *Ex Molano, Harao, & Myrao.*





S. RVPERTVS ABBAS TVITIENSIS. ORD. S. BENED.
Quod RVPERTE tibi natura nouerca negarit.
Mater Caelus praestitit ingenium.

*forming
 of the
 S. Bened
 III
 5*

MARIS

IX. MAR.

SFRANCISCA Romana honestis & copiosis nata parentibus, ex Buxorum familia. A teneris vitam in orationibus & pijs operibus solitariam duxit: Laurentio Pontiano nobili Romano matrimonio contra voluntatem copulata. nunquam in publicum, nisi ad Ecclesiam prodire visa est; semper enim in cella. post necessaria domus negotia, orando, legendo, & meditando morabatur. In eâ quasi geminæ emicabant Humilitas, Obedientia, Patientia, Constantia, Abstinentia, Pietas, & Charitas. Sacramenta sapissimè repetebat, officium B.V.M. nunquam intermittens, deuotissimè recitabat. Societatem puellarum sub regulâ Ordinis M. Oliuetani instituit: quibus cum post viri excessum, vitam sanctissimam duxit, miraculis fulgens: in quibus parem aliquando in monasterio deficientem mirabiliter auxit. In vineâ eum imber improuisus descenderet; illam tamen sub die officium B.V.M. recitantem non attingit. Puerum diutino morbo comitiali laborantem sanauit. Mulierem quæ fluxum sanguinis patiebatur curauit. Et alteram apoplexiâ correptam pristina restituit sanitati. Demùm annos LVI. nata, VII. Id. Martij anno salutis MCDXL. migravit in cælum. Multis post mortem miraculis claruit. Nam quidam inter fabricandum in prædicto puellarum monasterio, cum ab ingenti ligno è sublimi delapso oppressus fuisset, B. Franciscæ commendatus illicò convaluit. Alius in capite lethaliter vulneratus, eiusdem intercessione subito sanatus fuit. Multos etiam ab Epidimiæ morbo liberauit. Ob quæ & alia Paulus V. Pont. Max. IV. Kal. Junij an. salutis MDCVIII.

solenni ritu illam Sanctorum numero adscripsit. *Ex vita eiusdem Romæ impressa.*

S.FRAN-



S. FRANCISCA ROMANA ORD. S. BENEDICTI.
 Oblata Congregationis Montis Oliveti, miraculis celeberrima,
 in SS. numerum relata a S.D.N. PAULO V. 29. Maij Anno.
 Christi M DC VIII.

Handwritten notes in red ink:
 In diebus
 15. Octobr.
 S. Bened.
 III

F

XI, MAR.

SEVLOGIVS natione Cordubensis, Monachus & Abbas Monasterij S. Zoili Corduba, & paulò ante mortem Toletanus Archiepiscopus electus, inire tamen non potuit, quæ omnia vnica Marianæ periodo manifesta fiunt, sic enim inquit: *Anno decimo Eulogius ipse occisus in Sabbatho, quinto Idus Martij. Eulogij vitam Aluarus Cordubensis eius familiaris, & necessarius scripsit, ubi asserit paulo ante mortem in Vestremiri locum Toletanum Archiepiscopum summâ Cleri, & Populi voluntate electum fuisse. Corduba sanè in Eulogij locum Samson Presbyter consequentibus annis Sancti Zoili Abbas successus est. Martyrio coronatus est anno DCCCLIX. Hic ille præclarus Christi Athleta, qui, cedentibus cæteris, vexillum confessionis aduersus Arabum impietates erexit, ac plurimos ad martyrij coronam perduxit; quorum triumphos ipse in carcere positus scripsit. Extant hac nostrâ ætate è latebris antiquitatis eruta, præclarissima scriptorum ipsius monumenta, quæ Apostolicum spiritum redolent, & purissimam pristinam illam sinceritatem præ se ferunt; imò viuam ipsius imaginem reddunt. Martyrologium Romanum hoc illi Eulogium posuit.*

Corduba S. Eulogij Presbyteri, qui eiusdem urbis martyribus in persecutione Sarraçenorum adiungi meruit, quorum pro fide certamina scribendo fuerat amulatus.

Ex Card. Baronij, & Arnoldi VVionis notis ad Martyrol. Rom. & Monast.



S. EVLOGIVS MARTYR, DESIGNATVS
 ARCHIEP. TOLET. ORD. S. BEN.
Ne sacra mortali fulgerint tempora mitra
EVLOGII: effulsu Martyrio atq; libris.

DM

*finding
 of the
 B. Bened
 III
 12*

S GREGORIUS Magnus Rom. Gordiani Senatoris filius, adolescens Philosophiæ operam dedit, & prætorio officio functus, post mortem patris sex monasteria ædificavit in Sicilia, & septimum Romæ in suis ædibus nomine S. Andree ad clivum scauri: in quo Monachi vitam professus est, ac postea Abbas factus, mox Diaconus Cardinalis creatus. Constantinopolim ad Tiberium Constantinum Imp. à Pelagio Papa mittitur. Romam reuersus (Pelagio peste sublato) summo omnium consensu electus Pontifex, ne honorem illum acciperet, mutato vestitu, in spelunca delituit: vbi deprehensus indicio igneæ columbæ, Papa consecratur. Peregrinos quotidie ad mensam adhibebat, in quibus & Angelum, & Dominum Angelorum, peregrini facie accepit. Multos libros confecit; quos cum diceret, testatus est Petrus Diaconus, se Spiritum S. columbæ specie, in eius capite sæpe vidisse. Admirabilia sunt, quæ dixit, fecit, scripsit, decreuit, præsertim infirmâ semper & ægrâ valetudine. Quatuor Conciliis, Nicæno, Constantinopolitano, Ephesino, Chalcedonensi, tanquam quatuor Evangelis honorem haberi voluit. Deniq; multis editis miraculis, Pontificatus anno XIII. mense VI. die decimo, IV. Idus Martij ad caelestem beatitudinem evocatus est; anno salutis DCIV.

De eodem S. Ildephonsus scriptum reliquit: *Nihil ei simile antiquitatem demonstrasse. Nam sanctitate, inquit, Antonium vicit, eloquentiâ Cyprianum, Augustinum sapientiâ: & alijs virtutibus excelluit. Et Synodus Toletana VIII. cum cunctis Ecclesie Doctoribus præferendum censet.*

Ex Breniario Rom. excerptum, cum additamento ex S. Ildephonso, & Synodo Toletana.



S. GREGORIVS MAGNVS PAPA E. D.
ORD. S. BENED.
*Qua vigilata DEO scribis dicente, Legenda
Atque eadem nobis da faciendā Latet.*

Handwritten notes on the right edge of the page, including the name 'S. Bened' and Roman numerals 'III' and '5'.

S B E N E D I C T V S P. N. ut sese totum Christo daret, in altissimam speluncam penetrans, triennio delituit. Quodam die, cum ardentes ei ad libidinem faces à Diabolo subiicerentur, se in vepribus tam diu volutavit, dum lacerato corpore, voluptatis sensus dolore opprimerentur. Signo crucis poculum confregit, in quo ab invidis venenum fuerat oblatum, ideoque relicto monasterio, in solitudinem se recepit. Postea Cassinum migrans, simulachrum Apollinis, qui adhuc ibi colebatur, comminuit, & incolas Christianis præceptis imbuit. Aliquot mensibus, antequam è vitâ migraret, præmonuit discipulos, quo die esset moriturus; sepulchrum sex diebus antequam eò inferretur, aperiri iussit, sextoque deferri voluit in Ecclesiam; vbi sumptâ Eucharistiâ sublatis in cælum oculis orans, inter discipulorum manus efflauit animam, quam duo Monachi euntem in cælum viderunt, pallio ornatam pretiosissimo, circum eam fulgentibus lampadibus; & clarissimâ & grauissimâ specie virum stantem supra caput ipsius, dicentem audierunt: *Hæc est via, quâ vir Domini B E N E D I C T V S in cælum ascendit. Ex Lib. 2. Dial. B. Greg. Is Regulam conscripsit, ac tot post se sectatores abduxit, ut eorum numerus iniri nullo modo possit, ex eius verò familiâ prodierunt tot ac tanti in omni laudum genere virtutumque; florentes viri; ut quoquò te convertas, admiratione defixus tenearis.*

Quot enim Martyres, quæso, ex illius ordine? quot miraculis ac sanctimoniâ præstantissimi viri exierunt? quot Pontifices summi & admirandi. Sed de his alibi pluribus dictum.



S. BENEDICTVS ABBAS .
S. PLACIDVS MARTYR S. MAVRVS ABBAS .
ET ABBAS . CONFESSOR .

XXVII. MAR.

Handwritten notes on the book's spine:
Anno 15
S. Bened
III
5

SRPERTVS regio Francorum Scotorumq; principum sanguine editus, apud Vangiones prius Episcopus ex Monachos cum Auditores nactus esset, omnivitorum genere corruptos, ab ijs arreptus, seruillem in modum flagris cæsus, episcopatu deiectus, ac vrbe pulsus est. Verum eius sanctimonie famâ, & vxoris Reginotrudis suasionibus motus Theodo Boiorum Dux, summo viri coram videndi desiderio incensus est. Primos suorum mittit, qui honestissimâ legatione obnixè deprecantes inuitarent, veniret, Boicam conspectu dignaretur, genti rectum fidei viuendiq; iter ingredi cupienti, docendo præiret. Annuuit Rupertus, & legatos subsequutus, Reginoburgi à Theodone, cum insigni procerum comitatu obuam progresso, incredibili lætitia maximo applausu excipitur. Rupertus indico ieiunio, Theodonem Christianæ fidei mysterijs erudit, eruditum & satis jam confirmatum, abdicato impio pessimorum dæmonum cultu, salutari baptisinate abluit. Principis exemplum pleriq; optimates sequuti, & populi magna vis, nobilium ignobiliumq; promiscuè, vna omnes voce, Dei benignitatem effusè celebrantes, quæ ex terra caligine in eam claritatem, nihil tale promeritos euocasset. Episcopus inde principis hortatu secundo Danubio deuectus, mulam præterea pietatis fementem fecit, Euangelio omnibus qui secus ripam colerent libero sermone, annunciat, ad inferiorem vsq; Pannoniam, ibi exscendens iter retrò pedibus tenuit. Hinc in interiorem Boicam digressus, statuis inanum Deorum ubiq; deiectis, rudes populorum animos ad vnius Dei intelligentiam erexit. Inde Iuuaniæ, quod hodie Salisbürgum est, pontificiam sedem posuit, templum Deo & apostolorum principi Petro cum cœnobio dicauit, aliasq; complures per Boicam ædes sacras condidit. Tandem festâ Christi resurgentis luce, quæ in VI Kal. Aprilis incidit, obita re diuina, sacrorumq; mysteriorum percepto viatico, inter complorantium discipulorum manus exspirauit anno Dom.

DCXXVIII. cæloq; sic receptus, Boicæ Apostolus & tutelâ habitus est. *Ex diuers. Script.*

S. RUPER-



S. RVPERTVS EPISC. SALISB. ORD. S. BEN.
 Lustral calesi THEODONEM font. RVPERTVS.
 Cuius ab ore Deum Boica tota vrbis.

G

XXVIII. MAR.

B HAIMO, natione Germanus, B. Alcuini discipulus, ac primùm Fulden-
 sis Cœnobij Monachus, vir sanctitate, & eruditione insignis, magnitudi-
 ne & præcellentis ingenij gloriâ, inde ad Hirsfeldiam vicinam evocatus; ubi
 & virtutis & pietatis cum doctrinâ exuberâtis opinione, ad sapientiæ fastigium
 euectus, lucubrationum ingenti mole consurgens altius, cum Scripturæ pro-
 pè vniuersæ arcana commentariis ambiret, ad Halberstadiensis Ecclesiæ guber-
 nacula venit, quæ annis XIII. summa integritatis & sanctimonie famâ, felici-
 ter tertius in Episcoporum ordine tractauit. Quin & Hrabanus eum honori-
 ficè compellans, æqualem suum libenter agnoscit. Ceterum, etsi constanter
 Trithemius passim, HAIMONEM hunc Abbatem Hersfeldiæ fuisse vult, eum
 tamen nec Lambertus hoc tempore recipit, nec probat historia publica; siqui-
 dem ab anno DCCCXL. vsq; ad annum DCCCXLVI. Brunonem sedisse te-
 statur, quâ tamen annorum intercapedine HAIMIO factus Episcopus. Rectius
 igitur M. S. Chronicon: *Annâ Domini DCCCXL. Haimo Hersfeldensis Ecclē-
 siæ Monachus, tertius Episcopus Halberstaden. à Ludouico filio Pij Luduici mitti-
 tur: & anno XIII. sua ordinationis VI. Kalen. Aprilis obiit, & Halberstad. sepeli-
 tur, in cuius locum Hildigrin Episcopus est ordinatus.* Composuit idem sanctus
 Præsul in omnes libros vtriusq; Testamenti commentarios pietate, breuitate,
 dictionis simplicitate, ac perspicuitate laudandos, in quibus quæ à veteribus
 Interpretibus vel erant scripta doctis, vel apud populum dicta fusiis, in com-
 pendium redegit ad eò perspicuâ, & lucidâ breuitate, vt & ab occupatis paruo
 temporis dispendio legi, & à simplicibus, leuiterq; literatis facillimè intelli-
 gant. Versatus est autem fermè semper in allegoricis, & anagógicis sensibus:

quos velut spiritualis apicula, ex omnium antiquorum hortis, ac

pratis florentibus decerpit, quo legentibus esset

parata saluberima mellis copia. Ex

2. p. *Corone Lucida.*

LIBRARIUS ERICUS OGDEN
 LIBRARY OF THEOLOGICAL STUDIES
 HARVARD UNIVERSITY



S. HAIMO EPISC. HALBERSTAD. E. D.

ORD. S. BEN.

Exposuit quicquid sacri scripsere Prophetæ.
HAIMO sacrarum gloria Pontificum.

Handwritten notes on the right edge of the page, written in red ink:

Handwritten notes in red ink on the right edge of the page, including the number 'III'.

AL.


S. PRO.

G 2

I. APRIL

S PROCOPIVS Cothumæ in Bohemiâ natus. Pragæ literis imbutus & sacerdotii gradu initiatus est. Sed animo altiora concipiens, in monachum D. Benedicti instituta in Breunouienſi cænobio profeſſum, incidit, à quo & vitæ ab humanis negotiis ſeiunctæ normam exceperit. & cultu corporis nouo involutus eſt. Poſtea in antro degit, contra æreas poteſtates orationum & ieiuniorum telis acriter depugnans, donec Vdalricus Princeps Bohemiæ occaſione venationis in eum incidit. Qui & mox flagitare quaſi importunius à Sancto Patre cepit, vt leuandorum criminum ſuorum ſpe certiori multam in ſe iudicio ſuo Pater decernere non grauaretur. Nec mora: PROCOPIVS, vt templum Deo, ſub nomine D. Ioannis Baptiſtæ à fundamentis erigeret, idq; celebre religioſis viris eò contractis, & prouentibus doratis efficeret, in mandatis ei dedit. Quibus perfectis; dum hîc ageret PROCOPIVS ſtipatus choro purgationis ſenſus hominum, quot ſibi delectuacri habito collegerat, mirum dictu, quanti vndique egeſi morbiſq; vexati ad eum confluere, qui omnes læti ab eo receſſerunt. Designatus verò cænobii præfectus, id munus ita geſſit, vt omnibus magnopere eius gubernandi ratio eſſet grata & accepta. Diem mortis ſuæ tri- duo ante cognouit, multa que futura prophetico ſpiritu ſuis prædicens, vitam reliquit circa A. C. MLIII. ipſis Cal. April. In SS. numerum relatus eſt A. C. M. CC. IV. IV. Non.

Iulii. Ex Nicol. Saſſo.





S. PROCOPIVS ABBAS ORD. S. BEN
 BREVNORIE Monachus sed post PROCOPIVS Abbas
 Dno BAPTISTÆ *templa sacra Local*

Handwritten notes on the right edge of the page, including the name 'Bened' and the Roman numeral 'III'.

JVV.2

G 3

XVIII. APRIL.

SWICTERPVVS ab ineunte ætate monasticis disciplinis institutus, tantum in pietate ac literis profecit, vt ab Hariolpho Lingonensi Episcopo, recens à se fundato Elefacensi cœnobio monachorum institutioni sit præfectus. Vbi tam laudabiliter id muneris gessit, vt eidem Hariolpho in abbatali regimine succedere meruerit. Et quia se ille hoc modestius gerebat, quo altius ascenderat, non destitit fama nomen eius celebrare, quoad eum in Pontificis cathedrâ Augustæ Vindelicorum collocaret, vt publicam vitæ sanctioris lampadem mundo exempli causâ ostenderet. Suos itaq; tam verbo quam exemplo pacens, Arianam hæresim penitus eliminavit. Curam etiam adhibuit, vt loca sacra Hunnorum incurfionibus, aliisque tumultibus bellicis vastata restaurarentur, & pristinum nitorem reciperent. Hinc S. Afræ martyris ecclesiam dirutam reedificauit, Fuldenpacense Monasterium fundauit, Benedictopuranum, ac Füessense templum, Campidonensis quoq; cellulæ ecclesiolam primus consecrauit. Tandem sanctitate plenus in pace quieuit, XIV. Kal.

Maii, cum Ecclesiam Augustanam XVI. rexisset annis. *Ex
vita. SS. Aug. & Bau. Sancta.*



IN
DIE
VIGILIA
SANTAE
MARTYRIS
AFRAE
MAYI
XIV. KAL.



S. VICTERPVVS EPISCOPVS AVGVSTANVS.
 Quicumq; manducauerit panem, et biberit calicem Domini in-
 digne, reus erit corporis et sanguinis Domini. 1. Cor. n.

Handwritten notes in a cursive script on the right edge of the page, partially obscured by the book's binding.

VI.

S. ANSELMVS ex Augusta Burgundiæ ciuitate ad Alpium radices posita oriundus, ac illustribus parentibus, Gundulfo patre, ac Hemeberga matre prognatus, & à pueritia ingenuè, liberaliterq; institutus, ad Beccensè Cœnobium, permotus Lanfranci famâ, discendiq; studio venit. Ibi ætatis suæ anno **x xv.ii.** primum fit Monachus, deinde Lanfranco ad Cadoniensem Abbatiam præfecto, in Beccensi prioratu successit, in quo ordine **xv.** annis stetit. Tum Eluino Beccensi Abbate mortuo, ANSELMVS Abbas creatur: quem gradum quindècim etiam annis gessit. Tandem accersitus in Angliam Archiepiscopus Cantuariensis creatur: vbi pro libertate Ecclesiastica tuenda, bis à Rege in exilium missus est. Monachus adhuc ita inediâ corpus maceravit, vt non solum gulæ illecebram penitus extinxerit, sed nec edendi delectationem, etiam post longa ieiunia senserit. Ægrotis singulari cura & sollicitudine, necessaria omnia absq; tædio & mora subministrabat. Clericis magnopere cauendum aiebat, ne si à sorte Domini caderent, in sortem Diaboli, per neglectum conuersationis & ordinis sui deciderent, omneq; tempus perditum asserebat, quod bonis studijs, aut necessariæ vtilitati non seruebat. Interrogatus cur ad seculares causas adeo imbecillo & abiecto esset animo; respondit: quia omnium secularium rerum amorem ab animo meo pepuli. Frequenter illud dictabat: Si hinc peccati horrorem, hinc inferni cererem dolerem, & vni eorum immergi deberem, prius infernum quam peccatum eligerem. Item malle se purum à peccato, gehennam sustinere, quam peccati forde pollutum, cælorum regna tenere. De dilectione proximi: magis gaudendum esse dicebat, si alios diligimus, quam si ab alijs diligamur. Rursus: malo, ait, decipi, bona de alijs credendo, etiamsi me nesciente mali sint, quam credendo mala de ipsis, me ipsum decipere, quos nondum verè probaui, quod boni non sint. Cum importunis precibus induci non posset, vt puellæ mente captæ sanitatem redderet, & miseræ manum imponere recusaret, quod id nequaquam ANSELMVS esset, tandem populi importunitate victus, quod nullis negare solebat, signo eam sanæ crucis signauit, quâ benedictione acceptâ, ad sanitatem ægra rediit. Naui con fracta, per mare nauigans, nullum naufragium est perpeffus. Iam moriturus super cilicium & cineres positus spiritum in manus creatoris reddidit **XI. Kal. Maij A. C. MCIX. ætatis LXXVI. Pontif. XVI.** In eius breuib; Opusculis, ait Demochares, penè omnia firmis rationibus demonstrari, quæ Petrus Lombardus Magister Sententiarum in quatuor plenis voluminibus, multis SS. Doctorum auctoritatibus postea confirmauit.

Exuarijs SS.

S. ANSEL-



S. ANSELMVS CANT. ARCHIEP. E. D. ORD. S. BEN.
 Exilium Cunctans prauos, firmansq; fideles
 Debit ANSELMVS pro pietate pati.

Handwritten notes in red ink on the book's spine:
 Inuentione
 ad octid
 S. Benedicti
 III

JADA 2

H

XXIII APRIL

S ADALBERTVS ex Monacho Pragensis Episcopus secundus, fame, siti, frigore, vigiliis, & veste cilicinâ corpus maceravit: neminē sibi inimicum, nisi inimicum diabolū voluit. Natione verò Bohemus cū esset; in hoc vnum semper incubuit, vt patriæ suæ, quæ veri Dei esset adhuc ignorans, lumē fidei à S. Methodio aliquā ex parte accensum, inferret, quod vt fideliter, & audacter incepit, ita & strenuē executus est. Longius deinde progressus S. Stephanum primum Hungarorum in Pannonia Regem, cum omni ferè populo suo sacro baptisate abluit, & Euangelii messem illis in prouincijs primus intulit. Episcopatu expulsus, monasticam complexus disciplinā, ad viliora munia obeunda, tanquam ad epulas promptissimus erat. Ad Episcopatum reuersus, denuo que à suis eiectus, à Mecislao Poloniae Duce euocatus, eundem cum omni populo suo ab Idolorum culturā auertit, & Gentilitatis errore fugato, sacræ fidei cultum in Polonia plantauit. Vbi etiā aliquandiu Gnesnensem Archiepiscopatum administrauit, & in suum locum Gaudentium suffecit, ipse in Prussiam profectus, à nefario homine, cū in caelestium rerum meditatione versaretur, conto prosternitur; humi stratus, terræ figens oscula; Benedictus, ait Deus, benedicta misericordia Dei; si plus non accipiam, pro crucifixo meo, vnum pretiosum ictum habeo. Septem denique lanceis à barbaris confossus, manibus in modum crucis extensis, felix est factus Christi victima, sacro Parasceues die, quo mundi Saluator cruci est affixus. XXIII. Aprilis

A. C. CMXCVII. *Ex Surio.*





S ADALBERTVS EPISC. PRAG ARCHIEP.
 GNE SN. M. ORD. S. BENED
Præsul ADALBERTVS docuit p̄ sacra BOHEMOS.
 SARMATIÆ & populos deniq; MARTYR obiit.

Handwritten notes in red ink on the right edge of the page, including the name 'Bened' and other illegible characters.

MA 2

H 2

I. MAL

S ANDREAS, ZORARDVS prius dictus, in Nitriensi Monasterio, à S. Philippo Abbate, habitu accepto, eremi solitudinem expetiit, in eaq; tribus diebus ab omni re, quæ mandari posset abstinuit. Quadragesimali verò tempore ab Abbate suo Philippo quadraginta nuges accepit. & eo existens victu contentus, diè sanctæ Resurrectionis cum gaudio expectauit. Nocturnâ quiete tali est vsus: Planatum truncum quercinum sepe circumdedit, & per ipsam septem arundines acutas ex omni parte infixit; ipse verò in truncò sedens tali sessorio vsus est artuum recreatione, vt si fortè corpus sopore grauatum qualemcunq; in partem se flecteret, arundinum acie sauciatum euigilaret. Insuper & ex ligno coronam factam capiti suo circumponebat, ad quam in partibus quatuor rotidem lapides suspendebat, vt si caput sopitum quocunq; inclinaret, lapide percuteretur.

S. BENEDICTVS verò eius discipulus per tres annos exemplo defuncti magistri districtè vitam agens, à latronibus pecuniam se reperturos, sperantibus iugulatus, & in flumen demersus est. Eius corpus ab aquilâ custoditum, post annum integrum repertum, conditum est in Basilicâ S. Emerami, in eodem sepulchro, in quo asseruabantur ossa B. Andreæ eius sancti patris. Claruerunt circa A. C. M. XX. Ex

vita ap. S. H.



S. AN.



SS. ANDREAS. ZOERARDVS. ET. BENEDICTVS. M. ORDSEBEN.
*Præcuram, dicit usiam. ZOERARDVS in aniro.
Sed laico infonlem te BENEDICTE necat*

Handwritten notes on the right edge of the page, including the word 'Bened' and Roman numerals 'III' and '5'.

2. VVAE.

H 3

1. MAI:

S WALPVRGA Abbatisa Monasterij Heidenheim Eystettenfis diæcesis, soror Sanctorum Wilibaldi Episcopi Eystettenfis, & Wunibaldi Abbatis, & S. Richardi Regis filia, nata in Angliâ, virgo sanctissimæ fuit conuersionis, atq; multis virtutibus & signis clara enituit. Ad declarandam eius sanctitatem Deus varia beneficia piè petentibus, sub ipsius patrociniò clementer ostendit. Obijt verò V. Cal. Martij in Monasterio suo, vbi corpus eius primùm conditum

est. Postea verò sacræ ipsius reliquiæ Calend. Maij translatae

Eystadium, perenni fulgent miraculo. *Ex Trith.*

lib. 3. cap. 150. de vir. illustr.



ANDREAE II. MONASTII
S. WALPVRGAE
S. ANDREAE II. MONASTII
S. WALPVRGAE



V. MAIL

efis,
atis,
nis,
tem
adit.
tura

L-

Handwritten text in red ink on the right edge of the page, partially obscured by the book's binding.

S G O T H A R D V S. ad Altachium inferius honestis parentibus natus ab idem
 primum sacrorum ordinum gradum hypodiaconi indeptus, religionem
 profitetur, A. C. CMXCVII. à S. Wolfgango Sacerdotio initiatur, tandem
 pijs vitæ institutis & doctrinâ facile præstantissimus cum esset, coenobio Abbas
 præficitur, vbi multorum extitit Pater monachorum. Postremò Episcopus
 Hildeshheimensis A. C. MXXXII. creatus, munus Episcopale, quod inuitus susce-
 pit, magna cum laude XIV. annis religiosè gessit: Ecclesias, Monasteria, & Xe-
 nodochia plurima erexit, & opera supra naturam mirifica patrauit.

Perduelles ex subiectis quosdam anathemate ictos cum sacrificij tempore
 templo de more excedere iussisset, illiq; contumaces resisterent, ex dudum se-
 pulcristis, quos anathematis vincula strinxerant, de tumbis surgunt, templumq;
 egrediuntur; quos pudore suffusi viui illi rebelles etiam sequuntur. Godehar-
 dus adhortatione acri ad subiectos, quibus mortuos obsequentiores haberet,
 viuis adhibita, defunctos censurâ soluit, qui capite Pontifici inclinantes ad
 suum quisq; tumultum redeunt.

Demùm Ascensionis Dominicæ festo, cum Antiphona illa in Ecclesia caneretur,
 Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, eius anima quoq; in caelum
 conscendit, Angelisq; est associata. A. C. MXXXVIII. Multa


vbiq; mentio sanctissimi viri, quem Innocentius II. P. M.
 in Viennensi Concilio Diuorum Albo adscripsit,

Ex Surio, & Bau. sancta.



A. M. V.

S. GOT.



S. GOTHARDVS. EPISC. HILDESHEIM. ORD.

S. BENED.

*Dum iacit in duros GOTHARDVS fulmina ciuit:
Desumti tumulos deseruero suos.*

Handwritten note on the right edge of the page, possibly a reference to the saint or the text below.

Handwritten Roman numeral III.

44012

I

VLMAH

S IOANNES DAMASCENVS natione, nobilibus parentibus ortus, doctissimus ipse quidem, & Romanam fidem ab incunabulis ab Italo homine Cosmâ nomine, probè institutus, pro imaginum cultu egregiè pugnavit. Hic post parentis obitum à principe Sarraceno cum in aulam euocatus, & primarii Consilii dignitate, quamvis recusans, ornatus, cum audiret, quæ Leo Imperator tyrannicè & impiè aduersus imagines, & imaginum veneratores patret, Zelo pietatis incensus plures epistolas euulgauit, quibus eruditissimè imaginum cultum comprobauit. At impius Imperator his exacerbatus, animum conuertit, vt eum perderet, confictis literis proditionis, eius ementito caractere, ad principem Sarracenorum missis, à quo IOANNES manu truncari mandatur, in foro que suspendi, quam ipsam precibus impetratam dexteram intercessione B. MARIÆ Virginis obrinuit, brachio restitui. Quod cum Sarracenorum Princeps cognouisset, rei admiratione commotus, eum, vt innocentem muneri suo Consilii reddi curat; at ille altiora meditans, gratis actis, facultatibusq; in cognatos, seruos, & egentes distributis, Ierosolymam orationis causâ profectus, ad diuini Sabæ lauram se contulit, ibiq; cum Cosmâ sodali monachum induit, & in religiosis exercitiis, ac virtutibus, præsertim, obedientiâ ac humilitate mirificè claruit. De ipsius autem eruditione, quid longam orationem comparare attinet, cum & quantus Philosophus fuerit, & quantâ Theologiæ laude excelluerit, & quàm studiosè in Auctorum, qui ante ipsum floruerunt, lectione versatus sit, abundè ipsius scripta testentur? Illud quidem negari non potest, eum primum extitisse, qui ea, quæ prius fusè ac liberè disputari solebant, in vnum corpus coegerit, remq; Theologicam via & oratione, longèq; commodiori ordine tradiderit. Hoc enim ipse apud Græcos primus præstitit, quod multò post apud Latinos Petrus Lombardus, cateriq; Scholastici, Floruit circa A. D. DCCXL.

Ex Suriô & Baronio.



S. IOANNES DAMASCENVS E.D. ORDIN: S. BEN.
VIRGINIS auxilium IOANNES sedulus optans
Abfissam recipit VIRGINE dante marium.

Handwritten text on the right edge of the page, possibly a marginal note or a reference to the image above.

AN.

IA 2

I 2

XVIII MAII

SALCVINVS seu ALBINVS, hoc cognomen tulit à familia: FLACCVS autem à baptifmate nomine proprio appellatus est. Hic ex Britannia oriundus, & in Eboracensi pronincia natus fratrem habuit *Ioannem* Salisburgensis Ecclesiæ antiftitem, quem ipse in epistolis eficto nomine *Aquilam* indigitat. In Eboracensi Ecclesia eruditus & Leuita sacratu, præceptore vsus est Egberto Archiepiscopo. & omnium humanarum, cum diuinarum rerum scientia eruditissimus euasit. Post mortem magistri, Eboracensis Scholæ factus Rector, multos & ipse postea discipulos, eruditione ac pietate celebres, habuit. Hac laudabili literarum professione per vniuersam Britanniam celebris, non tantum apud Episcopos & Abbates Insulæ, verum etiam apud Reges ipsos & principes in præcio fuit. Hinc & Carolus ipse Magnus de remotis cum Britannia finibus honorabiliter euocauit, vt liberales omnes disciplinas penè tunc per Galliam extinctas ad lucem reuocaret.

Factus igitur Franciæ nouus ciuis anno circiter DCCXLIII. Carolo deinceps sedulus & fidelis comes adhæsit, eiusque in primis animum omnibus disciplinis imbuit, ad eò vt nec illi par in toto orbe foret in scientiis. Et quia Magister totius regionis peritissimus ac doctissimus erat, magno etiam aliorum virorum concursu & admiratione auditus est, plurimosq; eruditionis famâ insignes discipulos habuit, Rhabanum, Haimonem, Vfsardum, Aldricum, & alios complures. Parisiis quoq; eum docuisse, & nobilissimæ illius Academiæ fundamenta iecisse, testes quotquot de Academia illa scripserunt.

Multis verò Rex Carolus beneficiis hunc suum Magistrum honestauit. Contulit ei in primis Abbatiam S. Lupi Trecensis, Ferrariensem, Cellam S. Iudoci, deniq; S. Martini Turonensis; vbi pie sancteq; vixit, & iuuentutem Gallicam erudire continuans, frequenti etiam ac frugifera voluminum editione laudem sibi nunquam morituram peperit, obiitq; anno

Christi DCCCIV. XIV. Kal. Iunij, *Ex vita eius*

operibus præfixa.



B. ALCVINVS ABBAS ORD. S. BEN.
*Quid non ALCVINO facunda LYRETIA debet?
 Instaurare bonas ipsi qui feliciter artes,
 Barbariemque procul solus depellere cepit.*

S GREGORIUS VII. super quem verè primi Gregorij requieuit spiritus, natione Tuscus: Patrem habuit nomine Bonicum, & ipse *Hiltebrandi* sortitus est in baptismo vocabulum. Puer adhuc commendatus est Abbati S. MARIE in Auentino monte liberalibus scientiis instruendus. Adolefcens verò ad monasterium Cluniacense se contulit. Inde post aliquot annos Romam rediturus, in aula Henrici III. moratus est, de quo Imperator aiebat: *Nunquam se audisse hominem, cum tanta fiducia Verbum Dei predicantem.* Romæ verò invidorum stimulis actus in partes Germaniæ & Galliæ ire statuit: Verùm, tri-nà S. Petri apparitione, vterius progredi vetatus, mortuo Damaso II. à Leone IX. Subdiaconus ordinatus, monasterio S. Pauli desolato prælatus, eiusq; apparitione confortatus, illud reformauit. Inde Archidiaconus Ecclesiæ Rom. factus, in partes Galliarum directus, Simoniacos eliminauit, miraculisq; pluribus coruscavit. Cultor verò Deiparæ singularis cum existeret, eidem coram imagine D. Virginis preces fundenti, eadem imago aliquando lachrymari, aliquando etiam arridere visa est. Demùm post mortem Alexandri Papæ II. Pontifex renunciatus est X. Kal. Maij. A. C. MLXXIII. cuius celebrantis humero dextro insidere visa est columba de cælo descendens. Magnis insuper æstuans febribus ope Deiparæ conualescit. Ipse plurimis miraculis claruit. Henricum Imp. ne Episcopatus, & aliæ prælaturæ pretio conferrentur, admonuit, sed frustra: nam potentium factione carceri inclusus, atq; à populo liberatus. Henricum imperio priuat, & Rudolpho subrogato, Henricus Gilbertum Rauennatem Pseudopapam eligi curat. Gregorius ab eodem Romæ obsessus, à Guiscardo Normanno liberatus Salernum perducitur. Vbi cum Ecclesiæ annos XII. in summa, & difficili temporum varietate, assiduis calamitatibus ob Ecclesiasticam libertatem, cuius acerrimus defensor fuit, afflictus demum sancto sine- quieuit, non sine bonorum mœrore, ob eius eximias virtutes, & assiduam viduarum, pupillorum, & pauperum curam. Salerni sanctè decubuit: A. D. MXXCV. VIII. Kal. Iunij. *Ex eius vita apud Plat. & Paul. Bernried.*



S. GREGORIVS VII. P. M. ORD. S. BEN.
 Ecclesiasticæ libertatis promulgator ac defensor acerrimus. cuius
 celebrantis doctro brachio columba insinære. *et* B. V.
 imago arriære, aliis etiam lacrymari Visa. Obijt
 XXV. May. A. C. cl. XXXV. *et* ∞

Handwritten notes in red ink on the book's spine:
 ...
 ...
 ...
 ...
 ...

VQVA 2

XXVI MAIL

S A V G V S T I N U S, Italus, Romanus, Monachus & Præpositus Monasterij S. Andreae Romæ, in cliuo Scauri, missus in Angliam ad illius gentis conversionem, à S. Gregorio Papâ I. cum aliquot socijs Monachis, A. C. DXCVI. cum Edilbertum Cantia Regem sexto post anno sua prædicatione ad Christum adduxisset, Arelatum profectus ab illius sedis Archiepiscopo Etherio, primus Dorovernensis, siue Cantuariensis Archiepiscopus consecratus est A. C. DCII. Præfuit autem eidem Ecclesiæ annis plus minus octo, conversioni infidelium, prædicationibus, & augmentationi Ecclesiarum toto illo tempore semper intentus. Cursu verò peregrinationis suæ laudabiliter, in omnibus sanctitatis operibus expleto, ad Dominum migravit anno DCIX. VII. Cal. Iunij iuxta Ecclesiam Monasterij SS. Apostolorum Petri & Pauli sepultus. *De eo pluribus agunt, S. V. Beda & omnes ver. Angl. scriptores.*



S. AVGVSTINVS CANT. ARCHIEP. ORD. S. BEN.

Hic Anglorum Apostolus Edilbertum Cantia Regem
Cum suis baptizavit. & obiit miraculis clatus
anno .DCIX. VII. CAL. Junij

S. V. BEDE

K

LIAM TLXXX

Handwritten notes in red ink on the right edge of the page, including the name 'Beede' and the Roman numeral 'III'.

S V. B E D A puer septennis à parentibus Benedicto Abbati in Angliã inflituentus traditur. Vbi non solum monasticis institutis disciplinis, & omnigenã scientiarum eruditione instructus, breui admodum tempore, & quod mirabilius est, inter assiduas, monasticæ disciplinæ exercitationes, & continuam diu, noctuq; orandi, psallendi, legendi in templo curam, tantum profecit, vt maximum sua eruditione Ecclesiæ vniuersæ splendorem attulerit. Nam in omni disciplinarum genere Græcæ etiam, atq; Latinæ linguæ gnarus excelluit. Poëta, Rhetor, Historicus, Astronomus, Arithmeti⁹, Chronographus, Cosmographus, Philosophus, Theologus, ita eo tempore mirabilis, vt in Prouerbiis apud eius seculi doctiores abierit, *Hominem in extremo orbis angulo natum, versus orbem suo ingenio perstrinxisse*. Ei tria per totam vitam fuere familiaria: *Orare, Scribere, Docere*. Et quidem tanto in pretio doctrina eius habita fuit, vt ipse Pontifex Sergius famã virtutum & eruditionis eius commotus, eum ad se accersiri curauerit, quò diuino eius ingenio in arduis Ecclesiæ rebus uti posset.

Discipulos reliquit eruditissimos, qui varijs locis cum publicè, cum priuatim docuerunt, vnde postea in reliquum Christianum orbem doctrina fluxit vberissima. Tanta erat sacrorum librorum eius auctoritas, vt etiam in Ecclesiis publicè legerentur, & quia in lectionum sermonumq; titulis sanctum (quod adhuc inter mortales degeret) vocare non auderent, venerabilem vocitarunt: ob quam causam, in Ecclesia nomen, *Venerabilis* obtinuit. Tandem multis laboribus scribendo, docendoq; exantlatis, septem ante mortem hebdomadibus lethali morbo correptus, à diuinarum rerum studio minimè cessabat. Sacerò deniq; Ascensionis Dominicæ die, cum jam supremum agonem sentiret, imminere, ex aduerso Oratorij, in quo precari consueuerat, subiecto cilicio decumbens, lætus in hæc verba prorupit: *O Rex gloria, Domine virtutum, qui triumphator, hodie super omnes calos ascendisti, ne derelinquas nos orphanos*, qua in precatione vitam quoque finiit, tanta cum suauissimi odoris fragrantia, vt quotquot presentes aderant, in Paradiso viderentur sibi versari, *Ex eius vita.*



S.V. BEDA PRESBYTER E.D.
 MON. ORD. S. BEN.
*Facundat scriptis arentes BEDA Britannos
 Scilicet exhaustas & cruce fundit opes.*

Handwritten notes on the right edge of the page, including the name 'Bened' and Roman numerals 'III' and '5'.

JVV 2

K 2

XXVIII MAII

S WILHELMVS Gellonenſis, nobiliſſimis parentibus patre Theodoro, & matre Aldana natus. liberalibus diſciplinis inſtitutus, aulicus Caroli Magni factus, Regi & proceribus acceptus fuit, adeò vt primæ cohortis princeps euaserit. Inde contra Saracenos Franciam invadentes, comes WILHELMVS belli dux declaratur, pariterq; Aquitaniæ Dux præficitur. Exercitum ergò contra eofdem producens, eorum tyrannide Chriſtianos liberat, & vt Deo pro accepta victoria gratus eſſet, Religioſorum in primis curam ſuſcipiens, monaſteriis plurima elargitus eſt. Quin ipſe novum Gellonenſe fundavit ſub titulo *Saluatoris, B. V. Mariæ & SS. omnium Apoſtolorum.* Ipſe deinde tædium rerum mandatarum concipiens, Regi Carolo ſummopere eius abitum dolenti valedicit, & ab eo Reliquias S. Crucis dono accipit. Deinde in Eccleſiâ arma ſua bellica S. Iuliano martyri offerri, & ad Monaſterium quod ipſe conſtruxerat properans, nudis pedibus cilicio indutus ingrediens, ſolemniter à fratribus acceptus, monachus efficitur. Vbi humilitate & patientia ſingulariter excelluit, extrema quæq; & viliffima ſibi demandari cupiens. Vnde fratribus aliis inferuiens, & officia eorum viliora ipſe ſubiens, coquinæ ſeruitium ſuſcepit. Vtq; adhuc magis humiliaretur, Piſtor eſſe juſſus in ſigni miraculo à Deo honoratur. Nam cum instrumenta purgandi clibani deſſent, ſigno S. Crucis munitus ardentem clibanum ingreſſus veſte illæſa carbones exportavit. Inde in maiori veneratione habiſus, ſe totum contemplationi addixit, carnem mirè aſſixit, ſine intermiſſione orationi incumbens. Nam totis noctibus in eâ perfeuerans, centies in die, & centies in nocte coram altaribus genua flectens, non ſolum pro ſuis, ſed etiam pro peccatis omnium Dei miſericordiam imploravit. Ob memoriam paſſionis Dominicæ virgis cædi & flagellari ſolebat. Spiritu quoq; Prophetiæ pollens, diem obitus ſui prædixit, ſacrâq; communionemunitus ſanctæ vitæ fungitur V. Kal. Iunij circa an. DCCCX. In cuius tranſitu circumquaq; omnes campanæ ſpontè ſuâ nullius hominis opera ſonitum dare ſunt auditæ. *Ex eius vita prælixe ſcripta.*



S WILHELMVS GELLONENSIS
 ORD. S. BEN. Mon. Gellonense
 Hic Caroli Magni contra Saracenos belli Dux, Mon. Gellonense
 a se fundatum in agro, coenobium & pistrinum officium exortens, cibarium ardentem
 seipulari purgatum in multo est lapsus, centies die et certis nocte penam
 circa altarium stans, sancto obijt 1^o Cal. Junij a. D CCCX.

Handwritten notes in red ink on the book's spine:
 Gellone
 15. 10. 11.
 Bened.
 III

MOB 2

K 3

V. IVN

S BONIFACIUS in Angliâ natus, à puero sub disciplinâ instituti mona-
 stici educatus, in omni literarum genere, præcipuè verò sacrarum scriptu-
 rarum intelligentiâ, tantum doctrinæ laudem est consecutus, vt multi fama
 eius passim diffusâ moti, ei se erudiendos tradere laborarent. Ipse verò ho-
 minum fauorem horrescens, solius verò diuini amoris Zelo accensus, pere-
 grinationem pro Christi gloriâ, ad loca remota suscepit, ac primùm venit in
 Frisiam; at vbi illic maximam partem Ecclesiarum Christi à Radbodo tyranno
 seruos Christi persequente & profligante, vastatam & euerfam; extracta verò
 dæmonum cultui fana reperit, rei indignitate motus, vacua spiritali fertilitate
 arua relinquens ad natale solum se recepit. Patre monasterij sui intereâ de-
 functo, fratres ei regendi munus decernunt; quod ipse, qui peregrinationem
 meditabatur, recusans, impetratis ab Episcopo illius loci benedictione & li-
 teris commendatitijs Romam profectus est, vbi à Gregorio II. Pont. Max. be-
 nignè exceptus mandatum prædicandi Euangelium per Germaniam accepit;
 ac litteris Apostolicæ sedis instructus, varias Germaniæ prouincias, vbiq; ver-
 bi Dei semen spargens, perlustrauit; tandem auditâ Radbodi morte, in Frisi-
 am redijt, ac plurimos ibi ab idolatriæ erroribus ad veritatis lucem retraxit.
 Manabat interim longè lateq; fama prædicationis eius, & fidelium numero
 magnæ fiebant accessiones, ita vt Romam veniens, fidei & doctrinæ suæ Pon-
 tifici summo rationem redditurus, Episcopus ab eodem crearetur; ac demùm
 cùm inde reuersus, infinitam multitudinem hominum fide Christiana imbuis-
 set, Moguntinensi sedi, in eius gratiam ab Archiepiscopatus dignitatem eue-
 ctæ præficeretur. Quamobrem cùm in tantâ messis copiâ paruitas operario-
 rum, quos habebat, non sufficeret instituentæ credentium multitudini; acci-
 uit plures alios pietate & eruditione præstantes viros & per prouincias multas
 ordinauit & constituit Episcopos, extruxit Ecclesias, erexit monasteria; ac
 tanta Germaniæ populis beneficia spiritalia feliciter præstitit, vt *Germanorum*
Apostolus mereretur appellari. Tandem nauî in Frisiam delatus, impiorum
 latronum scelere trucidatus est Non. Iun. A. C. DCCCLV.

Ex vita ap. Sur.



S. BONIFACIVS ARCHIEP. MO.
 GVNT. M. ORD. S. BEN.
Pote GERMANIS vietas plantatur in ort.
Sic FRISO Patrem barbarus ense necat.

Handwritten notes on the book's spine:
 ...
 ...
 ...
 ...

2. DIE

VILIVNI

SDEOCHARVS, Germanis Gottlieb/ Græcis Theophilus, vir valde venerabilis, scientia scripturarum, & religione monasticæ conuersationis, insignis, multis effulsit virtutibus. Fuit primus Abbas Monasterii Hasenrietani, seu Hernriedensis, conditi à Carolo Magno. Erat autem locus, vbi nunc Hernrieda, vastus & desertus, cum à S. DEOCHARO incolæ captus est; in cuius gratiam Carolus Magnus exiguam ædiculam Deiparæ Virgini consecratam, exstruxit; quæ in magnâ rehgione & veneratione fuit vsq; ad auorum vel proauorum nostrorum memoriam, nam anno salutis M. CCC. XC. in Vigilia SS Apostolorum Petri & Pauli incendio periit cum potiore ciuitatis parte.

Supradictæ Ædiculæ adiecit postea Carolus Magnus insigne Monasterium, cuius primus Abbas DEOCHARVS. Eius festum VII. Idus Iunii agitur. Quo verò anno Domini res mortales reliquerit ad cælestem beatitudinem translatus, mihi non liquet. Certum est, sanctitatem viri post mortem variis miraculis à Deo declaratam & illustratam esse. Anno salutis M. CCC. XVI. eleuatum est sacrum corpus S. DEOCHARI, præsentem Ludouico IV. Imp. Bauaro, & Philippo Episcopo Eystettensi, repositumque in sarcophago lapideo, portione de sacris Reliquiis Ludouico Imperatori data, qui eâ Norimbergensium Templum Laurentianum cohonestauit, in cuius altari duodecim Apostolis consecrato religiose asseruata est. Anno Domini M. CCCC. LXXXII. ipso Paschatis festo, præsentibus Wilhelmo Episcopo Eystettensi, nonnullisq; canonicis, apertus est lapideus ille, de quo supra, sarcophagus; in quo reperta sunt sacra ossa DEOCHARI, viridi eoq; serico panno involuta, non sine gratissimi odoris fragrantia, quæ ex veteri conditorio exempta Wilhelmus Episcopus in nouum abs se procuratum transtulit.

Porro tam Hernriedæ quàm Norimbergæ Deus varia miracula beatis hisce lipsanis interuenientibus, edidit; nam & cæcis visus, claudisq; gressus restitutus est: fugati omnis generis morbi etiam Epilepsia. Fædus strumæ tumor depulsus. Vita reddita iam ad mortis limina admotis: In præceps delapsi quidam absq; noxa, inuocato S. DEOCHARI subsidio. Deniq; multa alia beneficia ad sacros hos cineres mortalibus accurrentibus di-

uinitus concessa sunt. Ex SS. Eystet.

Greis. Obseruat. l. 2. c. 8.



L

VIII. IUNII

Handwritten text on the book's spine:
S. Deocharus
Abbas
VIII. JUNII

SDISIBODVS Hibernus, liberalibus disciplinis institutus, ætatis anno trigésimo presbyter ordinatus, inuitus ac renitens Episcopus creatur. Sed cum immorigeros & vitiis deditos assiduè arguendo, obsecrando, increpando nihil proficeret, iniuriis insuper affectus, atq; è sede sua pulsus, quam decem annis strenuè gubernarat, dereliquit: Hiberniaq; egressus, peruenit in Germaniam. Incitatus verò famâ S. Benedicti, qui non ita pridem è vitâ excesserat, atq; discipulorum eius, misâ legatione, quàm plurimos eiusdem instituti & conuersationis viros religiosos ad se adduxit, quibus etiam oratorium & congrua domicilia construenda curauit. Ea verò fratrum congregatio, tam pietate erga Deum, quàm habitatorum numero crescebat, cunctaq; agenda & habenda, imperio S. DISIBODI subiacebant, communisq; ab illis vita secundum B. Benedicti institutionem exercebatur. Atq; hac ratione, effectum est, vt per multas prouincias insignium virtutum eorum fama sparsa sit, compluresq; ad eos venerint, consilia & auxilia animarum saluti opportuna ab eis expetentes: prædiaque & facultates suas DEO & B. DISIBODO hilari mente offerentes.

Cæterum cum iam triginta annis ibidem DEO seruiisset, ac fratribus suis verbis & exemplis egregiè præfuisse, anno ætatis suæ LXXXI. diem obiit extremum.

Ad eius sepulchrum complura diuinitus edita sunt miracula. *Ex vita ap. SUR.*

S. DISI-



S. DISIBODVS EPISCOPVS
 Hic BENEDICTINOS PRIMUS DISIBODVS in oras
 Theulonia adduxit Claustraq; struxit eis.

Handwritten notes on the right edge of the page:
 ...
 Bened
 ...
 III
 ...

117.2

L 2

XVIII. FEBR

SELISABETH virgo & Abbatissa Schönauigiensis monasterii, tanquam altera Elifabeth, spiritu sancto plena, præcurrentem Domini iram in filios hominum vt diuinitus cognouit, ita & diuino quodam modo posteris manifestauit. Mirabiles reuelationes habuit, quæ nunc Germanico. nunc Latino sermone, cuius tamen expertus erat omnino, pronunciatæ. præsentiam illius, qui linguas infantium facit disertas, & aperit ora mutorum in ea adesse demonstrabant.

Obijt miraculis clara A. C. MCLXV. XVIII. Iunij.

S. HILDEGARDIS sanctimonialis primùm in monte S. Disibodi, diuino dein mandato ad montem S. Ruperti confessoris in oppido Bingenfi sedens, tantum Spiritus sancti gratia repleta est, vt tam nouum quam vetus testamentum ad integrum intelligeret, cum tamen antè, præter Psalterium nihil didicisset. Cuius scripta & prophetiæ tantæ auctoritatis fuerunt, vt agente S. Bernardo abbate, Eugenius Papa III. ea in Conc. Treu. publicâ sententia confirmarit. Obijt A. C. MCLXXX. XV. Sept.

S. GERTRUDIS primùm Rodardesdorffensis Monasterii deinde Helffæ Abbatissa, eximie sanctitatis perfectione Deo familiariter coniuncta, & celestibus reuelationibus assueta, ex instinctu spiritus sancti, composuit nonnullos libros magno Ecclesiæ fructu: & obiit A. C. MCCXC. miraculis celeberrima. Eius soror fuit S. Mechtildis, pariter diuinis reuelationibus clara, quas etiam conscripsit, ac obiit an. circ. MCCC. *Arnold. VVion. lib. 5. Ligni Vita.*



Arnold. VVion. lib. 5. Ligni Vita.



SSS. HILDEGARDIS, ELISABETH, GERTRUDIS,
 ABBATISSA ET PROPHETISSA, ORD. S. BEN,
 Consecrata rerum caelestium Doctrinam precibus,
 & purissima Dei Contemplatione.

Handwritten notes on the book's spine:
 Hildegarde
 Elisabeth
 Gertrud
 III
 5


L 3

XXI IVNU

LI-

S INGELMUNDVS natione Anglus de stirpe Frisonicâ, cum esset presbyter, & abbas ordinis S. Benedicti, temporibus beati Willebrordi. diuino instinctu venit ad fines Hollandiæ: vbi ferocibus & indomitis Kenemariis verbum salutis prædicauit. Et post multos labores, febris correptus, animam creatori reddidit, & honorificam sepulturam accepit in vico *Velsen*. Vbi etiam precibus suis aquam de terrâ produxit. Sanctum autem corpus per mysticam reuelationem creditur Valdericus, decimus quatuordecimus Episcopus Traiectensis adinuenisse, cum multis aliis corporibus, quibus diæcesim Traiectensem honorificè adornauit, anno Domini CMLXXVII. Natalem habent antiqua Missalia Calendis Februarij, sed à memoriâ hominum celebratus est in ætate, die XXI. Iunij, quando fortè est eleuatus. Est autem *Velsen*, pagus diæcesis Harlemensis, vbi sanctus Ingelmundus etiam nostra memoria claruit miraculis, & patrocinio contra dentium dolorem. Sed caput auro involutum inde ante aliquot annos furto est ablatum. Cæteræ reliquiæ postea à Geusis per pauimentum templi sunt dispersæ, sed à custode collectæ, & in tuto loco conseruata. Ex jam seruantur Harlemi, quia *Velsæ* omnes ferè ædes cum trabibus Ecclesiæ dirutæ sunt & exustæ, partim hostili incurfione, partim militum Regis necessitate. *Ex Mol. natal.*

SS. Belgij.






S. ENGELMUNDVS ABBAS ORD. S. BEN.

Hic natione Anglus diuino instinctu in Kenenariam circa an-
 num DCC: fidem inuexit; Velsæ proce Harienuum, aquam pre-
 cibus de terra produxit. obiit XXI Junij, miraculis ceterum fulgens.

SEDILDRVDIS Annæ Anglorum Orientalium Regis filia, moribus & vi-
 ræ integritate fuit admirabilis: primùm Thumberto Australium Giruio-
 rum Principi, in conjugium tradita, cum eodem pari voto virginitatem serua-
 uit. Deinde eo defuncto, iterum à patre invita Egfrido Northumbrorum Re-
 gi sanctissimè copulata, eiusq; conuictu, atq; consortio duodecim annis vta,
 perpetuò tamen Virgo permansit: ac tandem Regis ipsius consensu, regali dia-
 demate contempto, in Monasterio Ebbæ vni regi Christo se consecrauit. Et in
 summâ vitæ austeritate vixit, linearum vestium vsu sibi penitus interdicto, di-
 uinarum rerum meditationi ita dedita fuit, vt ad horas aliquot precibus & la-
 chrymis intenta perseveraret. Prima deinde Abbatissa Elyngensis Cænobij
 facta, postquam annis VII. sacrarum Virginum monasterium rexit, sanctissi-
 misq; vitæ exemplis & monitis ad omnem sanctitatem formauit, vnâ secum
 plurimas ad portum salutis æternæ feliciter perduxit. Obijt anno DCXC. die
 XXIII. Iunij. Cuius corpus, cum post vndecimum obitus sui annum ad aliud
 sepulchrum deportaretur, ineffabili odore fragrans, ita incorruptum,
 integrumq; inventum est, ac fuerat ab omni corruptio-
 nis labe immune. *Ex vita & An-*

glicis Script.





S. EDILDREDA REGINA ET VIRGO, ORDINIS S. BENEDICTI.

Hac primam. Tumberto, deinde Eofendo Regi nuptia, cum octog. virginibus. illibatam. servavit: demum. Sanctimonialis & Abbatissa obiit XXIII Idij. An. DCXC. Eius coepus post XI annos incorruptum est repositum. JGM

Handwritten notes on the right edge of the page, including the name 'Benedict' and the Roman numeral 'III'.

M

XXV. IVNI

L

S. V. D. E. L.

S ADELBERTVS filius Ediluualdi Deirorum Regis, neposq; S. Oswaldi Regis Northumbriæ, cuius filius erat Edilvvaldus Rex, pro Christo dimisit regale patrimonium: monachumq; egit in cœnobio Epternacensi quod à S. Willibrordo magistro suo cõstructũ fuerat, & cum S. Egbertus instar duodecim Apostolorum duodecim congregaret Apostolicos viros, quos missurus esset ad prædicandum fidẽ Christi paganis & barbaris Frisonibus, hunc Leuitã vndecim presbyteris duodecimũ adiunxit: qui a nõ Domini sexcentesimo nonagesimo, velut duodecim Dominici gregis arietes proprio vento appulerunt in *Viltenburg*, siue Traiectum. Itaq; Adalbertus, primus Traiectensis ecclesiæ Archidiaconus, post multorum paganorum conuersionem, & laudabilem sanctæ vitæ consummationem, multis miraculis clarus, sepultus est Egmondæ in Kenemaria, quæ etiam Hæcunda appellatur. Vbi sub Theodorico primo Hollandiæ Comite corpus eius de tumulo leuatum est. Theodoricus autem junior, paternæ deuotionis æmulator, ibidem monasterium construxit Ordinis S. Benedicti, in honorem S. Confessoris ADELBERTI, quod hæcenus *Egmond* dicitur, in diœcesi Harlemensi. Huius deniq; Theodorici filius, Egbertus Treuirensis præsul, per merita S. ADELBERTI à valida febri absolutus, eius vitam curauit describi per Medelocenses canobitas, quæ extat inter historias sanctorum mensis Iunij. Natalis enim incidit in diem XXV.

mensis Iunij. *Ex Mol. Natal.*
S. S. Belg.





S. ADELBERTVS, ORD. S. BEN.

Hic regio patrimonio in Anglia relicto solus Leuita cum XI: socijs Profiteris ad Boruales terras anno DCXC: venit, Tacmundan. & quaedam alia diocesis Harlemonensis loca a gentilitate emundauit. idiq; miraculis clarus quiescit XXV: Junij.

Handwritten notes in red ink on the right edge of the page, including the word "Beata" and Roman numerals "III" and "2".

L. 2

M 2

LIVLII

SEBERHARDVS ex illustri Hilpolfainiorum Comitum gente natus, parentes religiosissimos habuit. Literarum tyrocinium Babenbergæ profuit, hausitq; celeriter optimas disciplinas. Factus dein Canonicus, nudum dum Christum sequi constituit, atq; clam omnibus ad Cœnobium S. Michaelis confugit, ut monachum ibi profiteretur. Sed à Præposito ex Monasterio volens nolens extractus, quod jam in Monachum attonsus Babenbergæ non eleganter appareret, vnà cum pædagogo in Gallias amandatus est. Ibi plurimum in literis, vsu, & prudentiâ profecit, ita ut reuersus Babenbergam maiores natu suâ auctoritate percelleret. Verùm quam semel induerat mentem religiosæ vitæ complectendæ, exiit nunquam: & quadragesimum annum agens, Prüfeninganum Monasterium est ingressus. Cùm verò Biburgense Monasterium à fratribus fundatum esset, primus ibidem ab Othone Episcopo designatus est Abbas Eberhardus ex Prüfeningano euocatus, rexit annos XIII. Exin Conrado Archiepiscopo Salisburgensi fati functo successit, A. C. MCXLVII. curauit Episcopatum annis XVII. A partibus Alexandri Pont. contra Fridericum Imp. stetit; vitæ innocentiam vndiq; coluit, ita ut miseros vbiq; omni ope, consilio, auxilio presens absens subleuaret; pauperū vlcerosorum, Elephantiacorum tugiaria per se coram adiret, reuisceret, victus & morbi subsidia benignissimè præberet, sordes, vomicas, saniem, taboq; fluentes artus ipse contrectaret, nihilq; prætermitteret officij, quod ab infimo quoque non sine fastidio & horrore præstari solet. Tandem patris multis diuinis pietatis operibus & miraculis, migravit in cælum Cal. Iulij A. C.

MCLXIV. Ex Bau. sancta
Radert.



S. EBERHARDVS ARCHIEP. SALISE. ORD. S. BEN.
*Præsul Tunavæ fuit hic EBERHARDVS, egenis.
 Cuius erat dando semper aperta manus.*

Handwritten notes on the right edge of the page, including the name 'Eberhard' and some illegible characters.

OHTO 2

M 3

II. IVLII

R-

S OTHO ex nobilissima & religiofissima Andecensium comitum stirpe natus, patrem habuit Bertoldum II. Literis à puero eruditus, easdem mox in Poloniam profectus iuventuti tradidit. Dein legatione Ducis Poloniæ Polislai perfunctus, Henrico Imperatori ab Epistolis & Sacellis fuit, quo agente tandem Babenbergensis Ecclesiæ curam & Episcopatum, cum duos jam recusasset, accepit. magnasq; res cum virtutis studio, tum populum pro concione docendo effecit, variaq; Cænobia & templa partim condenda, partim instauranda curavit. Polislaus cum Pomeranos bello subegisset, eosdem cupiebat Christianâ disciplinâ ad cælestem cultum informari. OTHONEM ad hoc diuinum diuinæ legis promulgandæ munus invitat, qui acceptâ ab Honorio Pontifice R. potestate, faustaq; comprecatione eam gentem, quamvis horridam ac barbaram multis passim & ingentibus editis miraculis, magnisq; laboribus & periculis defunctus cælesti fonte tinxit, & ad omnem vitæ humanitatem ac honestatem traduxit. Postremò vitæ tumultuosæ pertasus, cum ad religionis statum veluti quietis diuinæ portum aspiraret, frustra sacrum abdicare magistratum conatus, eundem administrare, quoad vita superesset, iustus est. In Moguntino Concilio patribus adsedit. Vitâ tandem & ævo laboribusq; exhaustus religiofissimè diem obiit extremum, cui funebrem dixit laudationem Imbrico Pontifex Herbipolensis, quæ & hodie legitur. Vixit annos LXX. migravit MCLXXXIX.

VI. Non. Iulij. *Ibidem.*



LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF PADERBORN
 PADERBORN, WESTPHALIA, GERMANY



S. OTHO EPISC. BAMBERG. ORD. S. BEN.
 Dum caelestis OTHO uerbi pia semina spargit,
 Ad pia signa CRUCIS gens POMERANA uolat.

III IVLU

MAI 2

O.

Handwritten notes on the right edge of the page, including the name 'Benedict' and the Roman numeral 'III'.

S LANFRANCVS natione Transalpinus, patriâ Papiensis, ab ineunte ætate in literis educatus, & cum adoleuisset, progressus in Normanniam venit, famâ & celebritate Elifini Abbatis Beccensis provocatus in itinere Rhotomagum profecturus, vesperi per Syluam transiens, incidit in latrones, à quibus manibus ad tergum alligatis spoliatus, & in densum coniectus est. Manè à viatoribus transeuntibus opem clamore petijt, & solutus est. Inde ad Beccense cænobium se contulit, vbi Monachus primùm, deinde Prior Beccensis fuit: Postea Abbas S. Stephani Cadomensis cænobij, quod Guilelmus Dux crexerat. Deinde Guilelmus Angliæ regno potitus, LANFRANCVM omni literarum genere excultum, & in quo summam gerendi regni spem & fidem collocauerat, ad Archiepiscopatum Cantuariensem ex Normannia vocat: quem LANFRANCVS, & à Rege coactus, & à Papa Alexandro iustus suscepit. Porro LANFRANCVS non modo ob Ecclesiæ sed ob Reip. administrationem spectatæ fuit antistes industriæ. Absente enim Guilelmo, omnia LANFRANCO mandabantur, qui summa prudentia cuncta moderatus proceres atq; plebem in officio tranquillè, sine vllò motu continebat.

Eodem tempore, Berengarius Turonensis in hæreticam prolapsus prauitatem, omnes Gallos, Italos & Anglos, suis jam penè corruerat prauitatibus, nova & inaudita ac falsa asserens super Sacramento altaris, & transubstantiatione, tam panis in carnem, quam vini in sanguinem. Sed Lanfranci prudentia, omnes versutias aduersariorum detegens, Catholicam circa illa omnia confirmauit veritatem. In Cantuariâ maiorem Ecclesiam, cum officinis renouauit. Dignitates multas eidem Ecclesiæ acquisiuit, maneria restaurauit, Xenodochia duo stabiliuit, hæreses condemnans fidem roborauit, ordinem monasticum eleganter informauit, Ecclesiam apud Roffam reformauit, libros quos rudis simplicitas Anglicana corruerat, ab antiquo diligenter sanè correxit, quorum corroboracione se gaudet Ecclesia communiri. Obijt V.

Non. Iulij, secundum Westmonasteriensem IX. Cal. April,

A. C. MLXXXIX. *Ex Angl. Script. pref.*

Matth. Westmon.



S. LANFRANCVS ARCHIEP. CANT. E.D.
 ORD. S. BENED.
*Ausonia venit LANFRANCVS aduſq; Britannos,
 Pœterina illuſtrans lumine vtrunq; ſolium*

Handwritten notes on the right edge of the page, including the word 'Bened'.

N

IV, IVLII

N.

SVDALRICVS nobili loco natus, ab incunte ætate piè institutus, in omni vitâ Christianis virtutibus præluxit. Puer ab omni intemperantia refugit: habitu, incessu, & vultu morum grauitatem præ se tulit. Adulta iam ætate in canobio S. Galli religiosi monachis in disciplinam traditus, cum in litteris, tum in ecclesiasticæ disciplinæ studiis mirificè profecit. Virtutum igitur progressionibus cum in dies maiorem laudem collegisset, tandem Augustæ Vindelicorum Episcopus creatur. Qua administratione susceptâ, totus in id incubuit, vt quem beatus Paulus Apostolus episcopum expressit, illum vitæ exemplis, castissimâ religione, diuinæ pietatis officiis, omniq; episcopali sanctitate perpetuò imitaretur. Abstinentia enim magna fuit, & admirabili: carnibus non vesceretur, humi cubabat, vili stramento subiecto: erga omnes hospitalitate ac liberalitate vsus, tum erga pauperes imprimis, quos in mensâ conuiuias semper adhibuit. Religionis causâ aliquoties ad limina Apostolorum Romam peregrinatus est. His aliisque religiosè sancteque factis, ac miraculis præterea multis, quibus illius sanctitatem notam Deus esse voluit, tertium & octuagesimum annum agens ad præmium abiit in cælum, Die IV. Non. Iulii A. C. M. LXXIII. Anno ante obitum decimo octauo, prælio interfuit, quo Otho Magnus Imp. Hungaros, qui Augustam obsidione cinxerât, interneccione cecidit, quo tempore VDALRICVS inter medios telorum iactus sacerdotali stola teclus volitabat, & CRUCEM diuinitus sibi missam ab Angelo accepit. *Ex vita.*

NOTATIUNCULA.

Hic non immerito inter Benedictinos numeratur, cum non solum in monasterio educatus fuerit, verum etiam Regulam S. Benedicti in Episcopatu obserauerit & habitum portauerit: licet professionem ab Ingelheimensi Episcoporum concilio prohibitus non emiserit.

S. VDAL-



S. VDALRICVS EPISC. AVGVST.
 Hic mira abstinentie largitatis, & vigilantie ac miraculorum
 gratia illustris cum esset, in signum uictorie contra Hun-
 garos. CRUCEM per Angelum, cælitus sibi missam accepit A.C. CMLV.
 Ob. IV. Iulij A.C. CMLXXIII.

Handwritten notes on the right edge of the page, including the word 'Bened' and some numbers.

AL

SWILIBALDVS natus est A. C. DCCIV. patre Richardo Rege in Angliâ, matre Bonna S. Bonifacii sorore. Triennis maximam incidit corporis infirmitatem, verum ante sacrosanctam Crucifixi imaginem voto edito, sanitatem recuperavit. Quinquennis oblatuſ est Deo in monasterio Waldtheim sub Abbate Egbaldo, in quo mirificè profecit. Cum patre & fratre Wunibaldo posthac peregrinationem sacram suscipiens, Lucæ Italiæ vrbe patre mortuo, Romæ & ipsi diuturno vexati sunt morbo. WILIBALDVS sanitate recuperatâ Hierosolymam, sacra loca visurus contendit, omnemq; peregrinationem septennii spatio absoluit. Inde in Casinenſi monasterio quieuit: Romamque reuersus, à summo Pontifice destinatus est cooperatore vineæ Domini ad S. Bonifacium. A quo primus Eystettensis Ecclesiæ Episcopus constitutus est A. C. DCCXLV. ætatis suæ XLI. Præfuit summâ cum laude sapientiæ ac pietatis, annis sex supra triginta plurimâq; res sanctè ac præclare gessit, quæ luculenter descriptæ habentur. Excessit è vitâ anno Christi DCCLXXXI. Nonis Iulii, ætatis LXXVII. cum multiplici bonorum operum fructu, animarumque lucro, Confessor officio, studio & multorum annorum laboribus Martyr.

Sepultus est in vrbe à se constructæ summo templo, miraculis illustriſ. SS. catalogo adscriptus est à Leone VII. anno Domini DCCLXXXIV.

Ex eius vita.



N 3

VIII. IULII

Handwritten notes on the book's spine:
 ...ding
 ...lon
 Bened
 ...
 ...
 ...

ILL

S. KILIANVS Hyrbenus, nobilis. Monachus factus, assiduis ieiuniis, vigiliis, & diligenti rerum cælestium commentatione, tantum profecit, ut maximam opinionem adeptus, in præfulem Monasterii eligeretur. A Romano postea Pontifice consecratus Episcopus & ad prædicandum Euangelium, missus, venit Herbipolim; vbi Gosbertum ducem Franciæ Orientalis, cum aliis multis sacro fonte abluit. Gladiis deinde sicariorum, quos Ducis coniunx subornarat, cum sociis occubuit, Die VIII. Iulii anno Domini DCLXXXV. Ipsa verò simul cum percussoribus à Dæmoniis arrepta, facinoris sui pœnas æternas luit. Huius verò rei testimonium in præsentem diem legitur Herbipolis in cryptâ Ecclesiæ, his versibus à S. Burchardo monacho, & Episcopo Herbipolensi compositis, & sepulchro eius affixis:

*Hi sunt Herbipolis, qui te docuere Magistri,
Qua verum coleres religione Deum.
Impia quos tandem iussit Geilana necari,
Calauitq; sub hunc corpora casa locum.
Ne turpi sine laude situ desolata iacerent,
Corpora Burchardus sub monumenta locat.*



S. KILIAN, EPISCOPUS ET MARTYR ORDS BEN.
 Hic Franconie Apostolus. Ducem Goshertum ad Christi fidem con-
 uertit, et cum Colomanno Presbytero & lohranno Diacono martyrio
 coronatus est, anno D.C.LXXXV. die VIII. Idus July.

Handwritten text on the right edge of the page, possibly a library or collection mark.

IA. JH. 2

S H I D V L P H V S, Monachus primùm, Deinde Treuirensis Archiepiscopus creatus, fauore Pipini Regis Franciæ, inter multa bona, quæ operatus est, Monasteriorum ædificationi operam dedit : & in primis canobium S. Maximini, iam vetustate penè collapsum ex integro restaurauit, & tantum reddituum reliquit, vt sufficeret centum Monachorum alimentatiõni. Tria itidem alia Monasteria in saltu Vosegi construxit, in quorum vno, Episcopali curâ relicta, Abbas effectus, in eodem ad mortem vsque miraculis claruit. Obiit quinto Idus Iulij, & in Monasterio suo sepultus est. Vixit anno Domini DCCL. *Ex Trithemij lib. 4. c. 74.*

Cratopolio, & alijs.



REV. IX

S. HI-



S. HYDVLPHVS ARCHIEP. TREY. ORD. S. BENEDICTI.
 Hic liberandis mercurijus Claus. Idib. July
 Naquavit ad Christum An. DCCVII.

Handwritten notes on the right edge of the page, including the word "Bened" and the Roman numeral "III".

BEGINO

O

XV.IV.LII

BEGINO Augustæ natus, & à teneris in Monasterio SS. Vdalrici & Afræ educatus, & sacris literis eruditus. miros in virtutum stadio progressus fecit. Tempore verò Schismatis Henriciani in S. Blasii cœnobium secessit, vbi etiam Gebhardo Constantiensi Episcopo, eadem causâ sede pulso familiaris effectus, eiusdem laborum comes indiuiduus, ab eodem semel ac iterum ad summum Pontificem ablegatus fuit. Inde ad Monasterium suum reuocatus Augustam, eidem Abbas præfectus fuit, A. C. MCIX. Vbi reformationi sedulo insistens, miraculis etiam claruit. Sed cum Hermanno Episcopo excommunicato communicare nolleret, ab eodem Cœnobio pulsus est; vbi stupenda acciderunt. Nam impio armatâ manu irrupente, ambitus claustrî terræ motu fortiter concussus est, & Campanili nutante, campanæ vltro sponte suâ sonitum ediderunt. Ad hæc tumba S. Afræ, ferreis vinculis dissilientibus, ferè referata est. BEGINO cum duodecim fratribus euasit, & acceptis à Møguntino Archipræsule litteris commendatiis, Rosellæ à Summo Pontifice benignè acceptus, cum eodem Romam profectus est. Vbi acceptâ de manu Pontificis sacra communione, & non semel ab eodem exosculatus, benedictione acceptâ, impetratisq; , quæ postulauerat, in reditu Pisis in morbum incidit, vbi sacramentis Ecclesiasticis munitus, sæpiusq; Psalmum *Laudate pueri Dominum* pronuncians, tandem in vltimo versu beatam Deo animam reddidit XV.

Iulii A. C. MCXXII. Quiescit in S. Michaëlis Camaldulensium templo. *Ex vitâ per Vdal-*
scalum.



B. EGINO ABBAS ORD. S. BEN.
 Hic cum ab Hermanno Episcopo excommunicato
 exagitatus Augustā profugeret, Roma a Paschali
 II. P.M. benigne exceptus, in reditu Bsis vitā exco-
 munit, miraculis clarus, XV. Jul. A.C. MCLXVII.

Handwritten notes in the right margin, including the word "Bened" and the Roman numeral "III".

O

MM. CC

O 2

VI. AVGV

CC MM. hac occasione ad palmam martyrij peruenere. Ad insigne & clarissimum Coenobium S. Petri à Cardegnà acies dirigebat Zafa Rex Arabum, vbi ducenti monachi degebant sub disciplinâ Stephani Sanctii Abbatis, viri probi, & religiosi, instituta S. Patris Benedicti sequentes. Erat autem huic Tyranno inuisum & exosum genus omne monachorum, vt qui arctius Christianam professionem sequerentur, & alios ad eiusdem obseruantiam firmis continendam, verbo & exemplo hortarentur. Tentat Abbatem, & Monachos Zapha blanditijs, deinde minis: sed ab Abbate Stephano Sanctio confortati monachi, & animati exemplo SS. Iusti & Pastoris, quorum natalicia illo die celebrabat Ecclesia Hispanica, quorum alter tredecim, alter septem annorum ætatis, non inquisiti se vltro obtulerant iudici, & tanta constantiâ martyrium pertulerunt, esse verecundum, à pueris tenerâ ad eò ætate, grandes superari, insistendum eorum vestigijs, & multorum monachorum, qui Cordubæ necem pro Christo pertulerunt sponte. Omnes igitur in parte claustrî congregati vnanimis Christum confessi, & Mahometum, & eius spurcam legem execrantes, Ismaëlitarij gladijs ducenti Monachi cum Abbate Stephano Sanctio, vno die pro Christi fide tuendâ, confossi, & iugulati crudelissimè fuere. Coenobium euersum, supellex direpta, vestes & vasa sacra sublata.

Contigit hoc facinus anno C. DCCCLXXXIV.

*Ex Alfonso Giac. cap. 13. de
200. Mart.*



CC. MARTYRES Ordinis S. Benedicti Mon.
 S. Petri a Cardegnia cum Stephano Sanctia Ab.
 bace an. 872. die 6. Augusti a Saracen. interfecti.

Handwritten notes on the right edge of the page, including the word "Benedict" and the Roman numeral "III".

S. HIERON

O 3

XVII. AVGV-

M.

S HIERON genere Scotus, ac nobilitate insignis, cum esset parentibus suis vnicus, nequaquam mundi illecebris detineri potuit, sed Dei famulis se jungens, vniuscuiusq; sectabatur virtutes. Cumq; ad presbyterij gradum suo merito conscendisset, multos in Frisiæ partibus à diuersis erroribus auertit ac liberauit. Demum, prout optauerat, calicem passionis bibit, sub persecutione enim Danorum & Nordmannorum ad tribunal protractus, post flagella & carcerem, reliquisq; iniurias, ense martyrium consummauit. Caput eius est in *Nordvick*, loco martyrij, corpus paulò post per diocesenum Episcopum, & Theodoricum secundum Comitem Hollandiæ, accedentibus miraculis translatum est Egmondam in sancti Adalberti monasterium, præmisso ex more triduo ieiunio.

Festum valde notum est Hollandis: multi enim eius beneficio res suas deperditas recuperarunt. Vnde versus exstat:

Rebus in amissis IERON sepiissime fulget.

Ex Mol. nat. SS. Belgj.





S. IERON MARTYR. ORD. S. BEN.
 Nobilis Scotus, sanctitate, sacerdotio, zelo animarum, & miraculis
 eximius. Natus eius agitur XVII. Augusti in Nordunick diocesis
 Harlemeris: ubi a Datus & Nortmannis, circa annum DCCCLVI. pro
 Christo flagella, carcerem, aliq; diu perpebus gladio occubuit.

XVII. AVGV.

S CAROLOMANNVS primùm Franciæ Rex, deinde pro amore Dei regnum Franciæ reliquit, ac Romam ad Zachariam Pontificem, cum honestissimo Francorum comitatu concessit, multaq; eximia dona beato Petro Apostolo contulit. Et à dicto sancto Pontifice clericatus jugum suscepit. Et mox in monte Soracte monasterium sibi condidit, idq; sancto Siluestro dicauit, quod ibi latuisse sanctus Pontifex miserrimis suis temporibus, diceretur. Offendit autem *Carolomannum* eo loci assidua Francorum prætereuntium, & ad se, tanquam ad Dominum aduentium, turba: quodq; propter contemptum regni terreni laudibus extolleretur. Vnde cum fido socio se Casinum recepit, ac rigida se S. Benedicti disciplina devinxit. Cui in eodem proposito sese adiunxit Rachis rex Longobardorum. Accidit aliquando vt CAROLOMANNVS hebdomadarius, ad coquinæ officium deputaretur, cumq; in multis ignoranter offenderet, coquus vino exastuans, ter ei alapam dedit. Quæ ille placido vultu pertulit. Sed ab indiuiduo comite indignante, dignitas eius prodita est, & deinceps cum magna reuerentia est obseruatus. Quamquam autem mundum reliquisset, inuitus tamen profectus est ad fratrem suum Pipinum, ad dissuadendum expeditionem belli Longobardici. Neq; enim ipsa abbatis sui iussa detrectare, neq; abbas aut Rachis monachi preces repudiare, aut Aistulphi fratris eius, regis, imperium ausus est recusare. Hic, relatione de bello facta, summo studio causam Longobardi, sed iniquis omnium auribus, egit, ac non multo post in Viennensi monasterio diem clausit extremum. Cuius corpus iussu regis ad monasterium S. Benedicti, in quo monasticum habitum susceperat, relatum. Addit Volaterranus lib. 2. eum in Casino iustum greges loci pauisse: ea propter iure inter beatos annumerari. *Ex Mol, natal. SS. Belgj.*



S. CAROLOMANNVS AVSTRASIE REX ORD^{s ben}
 Monachus primum Moglis Soractis deinde
 Casini tanta in S. Benedicti disciplina
 fuit obseruantiaque Abbatis eius gregis
 Eius loci pasceret. obiit Anno. DCCCLV XVII Aug

Handwritten notes on the right edge of the page, including the word "Benedictus" and the Roman numeral "III".

RO.

S BERNARDVS Burgundus, nobili loco natus, adhuc materno clausus; vtero matri velut catellus candidus, ac latrans visus est, quo magnam vitæ puritatem sectaturus, & suo latratu prædicationis, hostes Ecclesiæ percussurus non imperitè quidam religiosus augurabatur, vt evenit. Adolefcens quippe formæ venustate conspicuus, ad Veneris spurcitas velut alter Ioseph sapius allectus, nunquam tamen irretitus, florem virginittis illibatam seruauit. Quin etiam cum curiosus oculos in quandam fæminam defixisset, absq; morâ nudatus, ingressusq; conglaciatum stagnum, libidinis ardorem |glaciali frigore sapienter extinxit. Parentibus vita fundtis, non se solum, sed & cohortatione vitæ religiosæ perfectionem, sed Niuardum natu minimum, cum collactancis ludentem prius allocuti, vniuersâ se cedere hæreditate aiebant. Ad quos puer minimè pueriliter, vobis ergo, inquit, cælum. mihi terra? Non ex æquo hæc diuisio, atq; ille sic abeuntes paulo post secutus, nullis amicorum precibus potuit detineri. BERNARDVS igitur tali fratrum suorum conuersorum prædâ potitus, ingressus Cistercium, magna virtutis increments suscepit, frequenter illud sibi inculcans, *Bernarde ad quid venisti?* Porrò mirâ corpusculum asperitate tenuans, quoties ei præbebat alimentum, toties ad atrox subeundum sibi visus est ire tormentum. Et leuitates oculorum sic edomarat, vt multo tempore templum cænobij frequentans, vnâ tantummodo fenestrâ lumen admitti crederet. Binas etiam Episcopales Mediolanensium ac Genuensium, thiaras oblatas, ipse tantâ dignitatis mole, vel imparem, vel indignum se censens, modestissimè recusauit. Gulielmum Aquitaniæ ducem Romano Pontifici rebellem, Eucharistiæ sacramento extra templum elato, ad terram prostrauit, ore spumas agentem; qui respiscens, postea vitæ sanctimoniam claruit. BERNARDVS autem plurimis miraculis patris, & grauib; Ecclesiæ procellis sedatis, famâ sanctitatis latè vulgatâ, & *Mellifui Doctoris*, cognomen Scriptorum suauitate consecutus, sanctam conditori reddidit.

animam, XX. Augusti A. C. MCLIII.

Ex vita ap. Sur.

S.BER.



S. REGINBALDVS
 Ex Abbate S. Valrici Auguste, Eberspergersi,
 Laurishaimensi, Episcop' Spirensis. ORD. S. BENED.
 Mitrarum titulos tibi REGINBALDE dedere,
 Praesule gaudentes Rhaetia, Boia, Nemes.

Handwritten notes on the right edge of the page, including the word "Bened" and the Roman numeral "III".

AM 2

P 3 VI. SEPTEM.

S M A G N V S, S. Galli Monachus caelesti visione admonitus, peragratis pleribus regionibus, sparsaq; in iis Euangelii doctrinā, ad alpium Iuliarum fauces contendit; quo in itinere cæcum illuminauit. Agrum autem Campidonensem attingens, olim quidem cætu hominum frequentem, tum verò incultum & desertum; offendit vermium & serpentum colluue ac dæmonum infestatione ita horridum, vt nec feræ venatoribus elapsæ, nec homines casu edelati, tueri vitam possent à miserabili interitu. Quin & vterius progressus, in horribilem serpentem incidit, quem virtutē Dei enecauit; moxq; omnium serpentum & vermium monstra vniuersa disparuerunt, virtute ac potentia orationum M A G N I expulsa. Repurgato autem ita eo loco, & ad habitandum accommodato, magna vicinorum gentilium turba ad Christum conuersa est. Veniens deinde ad locum Equicaput dictum, horridum & immanem draconem, sanctis reliquiis signoq; crucis munitus, precibus suis extinxit. Denum ad fauces alpium pertingens, monasterium extruxit, hodie *Füssen* nuncupatum, ibiq; magnas virtutes operatus est, cæcis visum, surdis auditum, claudis gressum reddidit; truculentas quoq; feras obedire sibi fecit. aliaq; plurima edidit miracula, quibus magnam incolarum eius loci multitudinem, ad Christi fidem perduxit. Posteaquam autem XXV. annos in eodem cænobio vixerat, ætatis suæ anno LXXIII. viri Deo dilecti & sanctitatis laude celeberrimi anima, corpore leniter soluta, migravit VII. Id. Sept. in cælum; corpus eidem monasterio perpetuum relinquens ornamentum. Memoria verò eius vbiq; celeberrima est, ita vt propter continua miracula, quæ per eius V. Reliquias tam in agris quam in iumentis, & hominibus passim patrantur, XIV. SS. Auxiliariis, XV. sit adiectus, vt testantur non solum antiquissima

Missalia, verum & recentia PP. Prædicato-

rum.

S. MA-

VI SEPTEMBER



S. MAGNE
 Abba, Fundator & Patronus Moñry Fießensis
 ora pro nobis.

VIII. SEPTEM.

A-

S CORBINIANVS in Melitonensi agro natus, pietatis studio apud Gallos floruit. Monasterium ad S. Germani Ecclesiam condiderat, vbi cum annos XIV. vixisset, crebrescente sanctimonie famâ, quotidianis omnium ordinum adibat concursibus. Offensus eâ re, Romam abit, solum aliquem ad D. Petri basilicam angulum à Pontifice impetraturus, quo vni Deo vacaret. Verùm Gregorius Pont. promotum per sacrorum ordinum gradus, Episcopum creat, additâ sacrâ benedictione, quâ exercendæ dignitatis vbicumq; terrarum fieret potestas. Eam ita gessit, vt priorem sanctimonie opinionem miracula diuinitus edita exaugerent. Boiorum etiam ruditatem miserans, verbâ de rebus diuinis sæpe vtiliter in publico fecit. Aliquando nox euntem inter aspera alpium in campis ad siluam, Breonum oppresserat, cum equum clitellarium, incustoditum ab vrsu raptum dilaniari contigit; tum CORBINIANVM sarcinam quæ prius iumentis fuerat, vrsu imponi iussisse ferunt, paruisse beluam, syluestri ingenio deposito, vicariâ operâ toto reliquo itinere functam. Grimoldum Boiorum ducem, qui Pilitrudem relictam Theodibaldi fratris, iustæ coniugis loco domi haberet, ad penitentiam facti deduxit, ab eoq; Ecclesiam S. Mariæ Virginis Frisingæ, quo Episcopo sedes destinata, cum amantissimo terrarum tractu, accepit. Tandem cum mortem ex propinquo imminere, animo præsensisset, lotus rasusq; sacram vestem induit, sacrificium offert, & mysteriis perceptis, domum redit vbi cum vinum poposcisset, vix gustato, fronteq; cruce signatâ, extremum spiritum, nullâ cum doloris significatione reddidit. Funus à ministris Frisingæ ad D. MARIÆ curatum. Post dies triginta corpus exhumatum, integrum repertum est, per omnia suauiter dormienti, quàm mortuo similis: moto calidus de naribus sanguis fluxit. Accessere alia tum in itinere, tum Maiis miracula. Vt ad S. Valentini humatus, triduo post interpesta nocte in eâ ipsâ Ecclesiâ visa candidissima funalia tanto splendore exarscere, vt diem vincere crederentur, & iucundissimus odor fufus est.

Obiit. VIII. Sept. A. C. DCCXXX. *Ex vitâ S. Corbiniani & Vels. rer. hist. lib. 4.*

S. COR-



S. CORBINIANVS. EPISC. FRIS. ORD. S. BEN.
Immanem uerbis usum parere Cœgit.
Ei graue ferro sibi CORBINIANVS onus.

*Handing
 of the
 Bened
 III
 S*

OR.

OMIT.2

e

X SEP

STHEODARDVS in Episcopatu Traiectensi successit S. Remaelo anno
 •DCLIII. cum is Stabuleto ad quietem successisset. Fuerat is antea Ab-
 bas Stabulensis, consilio eiusdem Remacli, & S. Cuniberti Colonienfis Anti-
 fitis, in ea dignitate constitutus; quorum posterior & Episcopum iptum con-
 fecrauit. Cumq; pro rebus Ecclesie sue recuperandis, ad Childericum Au-
 strasie Regem pergeret; auxilium contra inuafores pradiorum postulaturus,
 in Silua *Brwaldi*, haud procul ab vrbe Spirensi, ab ipsis pradonibus est truci-
 datus, capite in frustra lecto, corporeq; membratim dilaniato, A. C. DCLV. vt
 Baronius & Bucherius supputant. Sigebertus ad annum DCLVIII. eius mar-
 tyrium refert: qui & vitæ historiam, à peruetusto auctore scriptam emenda-
 uit; extatq; apud Surium.

Mortem eius in testimonium sanctitatis, euidentia signa sunt subsequuta.
 Eius corpus suo quasi iure postulauit discipulus & successor martyr Lamber-
 tus, tandemq; obtinuit, ac Leodici sepeliuit: vbi quiescit hodieq;
 in basilicâ Cathedrali, cum eodem S. Lamberto &
 S. Floriberto. *Ex Myrae fastis & Mo-
 lani Natalib.*



S. THEO.



S. THEODARDVS EPISC. ET MR. ORD. S. BE.
 Ep̄ Abbate Stabulensi Episc. Traiecti
 Pro Ecclesia defensione crudeliter cruciatus
 est. capite in frustra sec̄to. A. C. DCLV. X. Sept

XVII SEP.

Q 2

SLAMBERTVS Traiectensis literarum disciplinas Landoaldo Magistro combibit. Theodardo verò Traiectensi Episcopo impià à barbaris cæde sublato, LAMBERTVS in illud oneris atq; honoris fastigium subuectus est, quâuis inuitus. Ille igitur vigilantissimi pastoris munus obiens, gregem sibi creditum factis primùm, inde verbis ad omnem religionem formabat. Cùm autem veritatis prædicator, inuidiam multorum sustineret, per Ebroinum Tyrannum sede suâ pulsus, exulauit, Pharamundo subrogato. Ipse verò in Stabulense, monasterium sese abdidit. Vnde septennio transacto euctus, à Pipino in pristinam sedem restitutus, non suum tantummodo populum, sed & finitimos Taxandros adhuc ethnicos, curâ & piâ solitudine complexus, easdem ad fidem traduxit eorum Apostolus appellatus. Pipinus autem legitimâ vxore pulsâ, nimis Alpaïdi pellici adhærescens, cætera egregius, vno scelere multas virtutes obscurabat. Hoc eius tam publicum & infame flagitium, cæteris Episcopis dissimulantibus, & velut canibus mutis latrare non valentibus, solus LAMBERTVS Ioannis Baptistæ libertatem æmulatus, graui verborum seueritate perstrinxit. Cæterum impurissima pellex, cùm se ab amore Principis, velut altera Herodias, diuelli non pateretur, homini sanctissimo insidias exitiumque comparauit. LAMBERTVS igitur de sempiterno Pipini exitio inærens, ab illius conspectu digressus, consilio pellicis in villa Legiâ ante altare SS. Cosmæ & Damiani, diductis in formam crucifixi brachiis telo confossus occubuit XV. Cal.

Oct. A. C. DCXCVIII. Inde q; sanctissimum corpus ablatum Traiecti in Apostolorum Principis Ecclesiâ magnificè conditum est. *Ex vita apud Sur.*



S. LAMBERTVS TRAIECT. EPISC. M
ORD. S. BEN.

*Hic insidius Alpaidis imparsima Pipini pellicis cuius infame flagitium
seuere perstrinxerat in villa Legia diductis in formam Crucifixi
buschys tebo confusus occubuit A.C. DEXCVIII*

Handwritten notes in red ink on the right edge of the page, including the Roman numeral III.

M.

2 BM

Q3

XXII. SEP.

S EMMERAMMVS Pictonum vrbe Augustoritum in Aquitaniâ oriundus, literis sacris, & disciplinâ Christi à puero domi eruditus, vbi adoleuit, Hunnos in Pannoniis ad Christi sacra conatus est adducere. Delatus in Boicam Reginoburgum, incidit in optimum principem Theodonem, qui illum omni ratione cæpit retinere. & persuasit, vt in Boicâ rem Christianam adiuuaret. Emmerammum præ Ducis verbis res ipsa mouit, recentes in Christianâ fide Boii, à simulachrorum cultu vix temperabant, maiores præsertim natu. Hos plerosq; omnes emendauit sanctitas & virtus EMMERAMMI qui totum triennium in Agro Boico excolendo posuit. Cum post diuino spiritu afflatus, iter Romam religionis nomine adornaret, Vt Theodoni filia, ex Sigibaldo primariæ nobilitatis iuvene ventrem ferens, (neq; res diutius celari poterat) Emmerammum, de discessu cogitantem, supplices adeunt, & ad pedes abiecti, opem miserandum in modum implorant. Episcopi animum adolescentum miseratio subiit, grauiter increpitis, criminis in se transferendi potestatem facit, ipse viam ingreditur. Trium dierum iter progressus, nullâ manifestâ de causa expectabundus substitit, mirantibus comitibus. Vt interim stuprum falsa ipsi imputauerat. Pater iratus, bonis exutam in Italiam exulatum mittit. Lambertus frater EMMERAMMVM citato cursu insequitur, & vt Helfendori substiteret, breui assequutus, statis tertiæ horæ precibus, ante sacras reliquias lucernis ardentibus, vna cum clericis vacantem reperit. Mox productum acerbè irridens, Salue, inquit, Episcope, salue affinis: simulq; scipione quem manu gestabat, in astantis pectus ferociter impacto, satellitibus excarnificandum tradit. Per omnia membra sæuitum, oculi eruti, lingua, aures, nares, manus pedesq; & quæ honestè nominari non possunt amputata, nullo interim lethali vulnere, quo mortem inter summos dolores in longum traherent. Ipse Deum laudibus & precibus continenter venerans, de curru depositus exspirauit, immensæ simul lucis splendore perfusus, quæ morentis ore progressa, & rectâ in cælum lata, spectantium oculos in fulminis morem perstrinxit. Accidit XXII.

Sept. A. C. DCLII. *Ex vita & lib. 4. rer. Boic. Vels. & in Congesto
virorum illustrium Ord. S. Ben. eidem religioni ascriptus.*



S. EMMERAMVS EPISC. M. ORD. S. BEN.
*Brachia miraris truncata, & crura! alias.
 Noxas fraternus pendere iussit amor.*

XXIII. SEP.

Handwritten notes in red ink on the right edge of the page, including the word "Bened" and the Roman numeral "III".

Partial text from the left page, including words like "furn", "euit", "Boi", "um", "ua", "ian", "atu", "um", "tus", "aldo", "rat", "edi", "um", "fa", "de", "um", "ttit", "orfi", "uias", "cer", "anu", "ra", "pe", "hali", "um", "im", "à in", "KII."

4-

S GERARDVS natione Venerus, Monachus S. Georgij Maioris, de licentia Abbatis Venetiis soluens iter Hierosolymitanum per Pannonias aggredi cæpit. Sed à S. Stephano Rege prædicationis causa retentus, in monasterio Beelagri Budensis, soli Mauro monacho cognitus, septem annorum spatio contemplationi rerum diuinarum vacauit. Inde à rege evocatus, A. C. MXXXVII. & sedi Canadinensi, quæ est ad litus Morisij fluminis, impositus, adeò strenuè officium sibi commissum executus est, vt multos tam verbo quam exemplo ab infidelitate, quæ adhuc detinebantur, ad fidei semitas adduxerit, & martyrij gloriam consecutus sit. Miro erga cæli Reginam ferebatur affectu. Ad eius aram thuribulum argenteum collocauit, duosq; pro uictæ ætatis homines adhibuit, qui perpetuò vigilarent, ne vnquam thymiana odoramentumq; deficeret. Nihil vnquam denegauit, quod diuæ *MARIÆ* nomine peteretur. Eodem authore *DEIPARA* à Pannonibus *DOMINA* est semper appellata. Qui verò de intemerata virgine loquens *DOMINÆ* nomen tacuisset, ei ex Gerardi lege genua illicò flectenda erant, & corpus humi prosterendum. Iure igitur Pannonia à S. Stephano Rege suo, *Familia S. MARIÆ* dicta est. *GERARDO* tandem cum mors pro Christi nomine inferretur, illud memorabile fuit, quod primus Pannonum martyr protomartyris Stephani imitorem se præbuit. Cùm enim lapidibus opprimeretur, flexis in terragenibus contenta voce clamabat: *Domine IESU ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt.* Hæc precatus hastæ percussu obdormiuit in Domino. XXIV. Sep. A. C. MXLII. *Ex vita & variis Script.*

S. GER.

XXIII SEP



S. GERARDVS EPISC. MAR. ORD. S. BEN.
Hic Hungarorum Apostolus, in S. stephani Regis. coram
animis tantam deuotionem erga B.V. MARIAM excitauit,
ut non nisi DOMINA ab ipsis uocaretur, et perpetua
Patrona electa sit. Martyrio coronatus est an: dcccxxiiii.
sept.

IIIIT 2

R

XXVIII

R.

STHIEMO, qui & *Theodamarus*, & *Diethmarus*, Monachus Altachensi primùm, deinde Abbas S. Petri Salisburgi, tempore Schismatis inter Gregorium VII. & Henricum Casarem, secessit in Sueuiam & in Schaffhusiano primùm Cœnobio, deinde in Hirsaugiensi triennium egit. Ad suos reuerſurus, in Admontano Styriæ delituit. Gebhardo vero Salisburgensi Archiepiscopo, ad superos euocato, ipse sublectus, à Bertholdo Schismatico captus, carceris mancipatus immisso in carcerem percussore, securis ictum secundo elusit, & securus permansit. Tandem custodia elabens, euasit in Sueuiam, ac inde Hierosolymam transmisit. Circa Corozaim autem Galilææ urbē ex aduerso Capharnai à Turcis & Saracenis captus, quas artes calleret, rogatus; se architectum professus, iussus est simulachrum Mahumetis puerustum integrare. Atrepto ille malleo simulachrum frustratim comminuit. Iratus princeps, THIEMONEM vestibus spoliatum, iurgentoq; impositum scuticā toxicatā cædi præcepit. Inde circumfusus carnificibus & barbaris articulatim, per digitos, manus, pedes, brachia inciditur, ac demum omnibus membris detruncatis, ad modum S. Erasmi, recluso ventre intestini caput bacillo implexum euoluitur, quoad per flexuosos orbes exhaustis ilibus ipsa sedes vitæ cor auulsum sequetur, cum quo simul extremus pontificis spiritus est extractus.

A. C. MCI. IV. Kal. Oct. Ex Ban.

sanct. Raders.



BERNARDVS EPISCOPVS MONTIS
 S. PETRI SALISBURGENSIS
 HIRSAUGIENSIS CENOBII
 TRIENNIVM EGIT
 AD SUOS REVERſVRSVS
 IN ADMONTANO STYRIÆ
 DELITUIT. GEBHARDO VERO
 SALISBURGENSI ARCHIEPISCOPO
 AD SUPEROS EUOCATO
 IPSE SUBLECTVS
 À BERTHOLDO SCHISMATICO
 CAPTVS CARCERIS
 MANCIPATVS IMMISŒ
 IN CARCEREM PERCVSSORE
 SECVRIS ICTVM SECUNDO
 ELVSIT & SECVRVS
 PERMANŒIT. TANDEM
 CUSTODIA ELABENS
 EVASIT IN SVAVIAM
 AC INDE HIEROSOLYMA
 TRANSMISIT. CIRCA
 COROZAIM AVTEM GALILÆÆ
 VRBĒ EX ADVERŒO
 CAPHARNAI À TURCVS
 & SARACENIS CAPTVS
 QUAS ARTES CALLERET
 ROGATVS SE ARCHITECTVM
 PROFESSVS IVSŒVS
 EST SIMVLACHRVM
 MAHVMETIS PVERVSTVM
 INTEGRARE. ATREPTO
 ILLE MALLEO SIMVLACHRVM
 FRVSTRATIM COMMIVIT.
 IRATVS PRINCEPS
 THIEMONEM VESTIBVS
 SPOLIATVM IVRGENTOQ;
 IMPOSITVM SCVTICĀ
 TOXICATĀ CÆDI PRÆ
 CEPIT. INDE CIRCUMFVSVS
 CARNIFICIBVS & BARBARIS
 ARTICVLATIM PER
 DIGITOS MANVS
 PEDES BRACHIA
 INCIDITVR AC DEMVM
 OMNIBVS MEMBRIS
 DETRVCATIS AD
 MODVM S. ERASMI
 RECVSO VENTRE
 INTESTINI CAPVT
 BACILLO IMPLEXVM
 EVOLVITVR QVAD
 PER FLEXVOSOS
 ORBES EXHAVSTIS
 ILIBVS IPSA
 SEDES VITÆ
 COR AVVLSVM
 SECVTVR CVM
 QVO SIMVL
 EXTREMVS
 PONTIFICIS
 SPVRSVS
 EST
 EXTRACTVS.

S. THIE



S. THIEMO ARCHIEP. SALISBURG. M. ORD. BEN.
 Sancti Pontificis scrutatur viscera ferro.
 Barbarus; at CHRISTI THIEMO id amore subit.

R 2

L OCTO

HIE

S WASNVLPHVS natione Scotus, annumeratus titularibus episcopis, qui ad paganorum conuersionem in Hannoniam tempore Vincentij Comitum venerunt. Hic enim de Scotiâ in sulâ marinâ veniens in saltum Therasciæ, in loco qui nunc vocatur Cella, multis diebus laudabilem vitam duxit. Postea verò ductu angelico ad monasterium DEI genitricis MARIE, Condatum nomine, perueniens, usque ad obitum, Domino seruiuit. Inde etiam sapius ad dictum Vincentium Comitem in Altum-montem venit. In dicto autem Condatensi cœnobio sanctus WASNVLPHVS transcurso feliciter huius vitæ stadio, in pace quieuit, multis annis clarus miraculis.

Ex Molani Natal. SS. Belgij.



LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO
 130 St. George Street, Toronto, Ontario, Canada M5S 1A5

S. VVAS.



S. WASNVLPHVS EPISC. ORD.S. BEN.
*Illic ex Episcopo monachus S. Gylseni ex quo secedens. Anselmo ductu ad
 Monast. S. Mariae Condati peruenit. Obijt circa an. DCC. Kal. Octobr.*

R 3

II. OCTO-

ropis,
 Co.
 hera-
 xit.
 Con.
 etiam
 o au-
 nuus

Handwritten notes on the right edge of the page, including the word 'Benedict' and some numbers.

AS-

SLEODEGARIVS nobilissimus Francorum, aulae Clotarii Regis assuetus, & à puero disciplinis litterarum diligenter imbutus ex Pictaviensi S. Maxentii Abbate, creatus est Episcopus Augustodensis. Clotario autem è vitio sublato, & Ebroino callidè se honoribus subducente, primas in palatio Regis Childerici facilè tenuit. Sed Ebroinus, versutus Apostata simul & Tyrannus monasterio Luxoviensi profugiens, pristinam dignitatem repetit, quæ recepta, sanctum Episcopum, à quo se læsum putabat, plusquam Vatiniano cepit odio persequi, captumq; crudeliter luminibus priuavit, & in cænobium quoddam inclementer abdidit. Vbi biennio commoratus cum impietatem Ebroini magnà libertate redargueret, Tyrannus crudeliter fremens & sæuens, eiusdem labia cum linguâ succidit, cuius tamen vsûm, haud multo post in monasterio recepit. Verùm nec istà crudelitate satiatus Ebroinus ipse vitâ indignissimus, vitâ Episcopum nefariè spoliauit, cuius cum capite truncus Pictauii, ad S. Maxentium magnificè conditus est.

Ex vita, & Molano.



S. LEODEGARIVS AVGVSTODVNENSIS
 EPISC. M. ORD. S. BENE DICTI.
 Tunc Ebroinus maior domus regiae oculis euulsis
 labijs cum lingua succisis demum capite truncare iussit.
 .A. C. DCLXXXVIVI. Non. Octobris.

V. OCTO.

ctus,
 . Ma
 e viuis
 Regis
 yran
 uare
 o cz
 ium.
 tatem
 niens,
 mo
 indi
 is

EO

S P L A C I D V S illustrissimâ Romanorum profapia fatus, Tertullo patre natus, adhuc puer D. Benedicto instruendus à patre traditus, licet plurimarum virtutum claritate, tamen obedientiæ obsequio sic micuit, vt ipse etiam, Benedictus sæpenumero stuperet. In solitudine Sublacensi fontem diuinitus impetranti adfuit. Aliquando etiam ad hauriendam aquam missus, & præceps in lacum delapsus, aquarumq; vorticibus abreptus, à Mauro iussu S. Benedicti, sicco vestigio super aquas corrente, seruatus est. In Siciliam missus, Monasterium & Ecclesiam in honorem S. Ioannis Baptistæ prope Messanæ portum, construxit, & triginta monachos sub eiusdem S. Benedicti cum regulâ instituit, sanctitate & miraculis penè quotidianis claruit. Multa enim sanitarum beneficia, quouis languore constrictis, vel crucis signo, vel vi precum largitus est. Eodem quoq; tempore illuc appulit immanis quidam pirata, Manucha nomine, à quo P L A C I D V S cum socijs captus, varioq; tormentorum genere confectus, ore saxi contuso, præcisâq; linguâ tamen virtutem Domini prædicare non destitit. Sed cum neq; blandimentis lactatus, neq; tormentis impulsus flecti vilo modo posset, iubente Manucha ceruices mucroni præbuit. V. Oct. A. C. DXXXVI. *Ex vita ap.*

Sur.





S. PLACIDVS ABBAS ET PROTOMARTYR
ORDINIS S. BENEDICTI.

*Hic pater Tertullo nobilissimo Patricio Romano natus, septembris B Be-
nedicto traditur, a quo deinde missus in Siciliam, in S. Iohannis
Baptista Monasterio prope Messanani, quod ipse fundauerat, cum
triginta Monachis socijs pro Christi fide Martyr occubuit die V. Octobr:
A. D. XXXIX.*

Handwritten notes in the right margin, including the word 'Benedict' and the Roman numeral 'III'.

LA

S COLOMANNVS, Scorus Monachus Huenfis, & Abbas Amaribacensis, præfuit annis tribus Archiepiscopatu Lindisfarnensi in Anglia. Huius in vitu temperantiam, in vestitu abiectionem, in maximis Reipub. negotiis prudentiam, multi illius seculi Ecclesiastici sunt sequuti, pauci tamen assequuti. Tandem Episcopatu relicto ad Monasterium suum rediit anno DCLXIV. Et paucò post tempore, Britannia relicta, per multas regiones Germaniæ, verbum Dei disseminauit, iterq; Hierosolymam versus instituit. In eam verò Noricorum regionem, quæ nunc Austria dicitur, cum venisset, quasi à Bohemis aut Pannoniis vicinis suis hostibus, explorator submissus esset: à furiosâ plebe comprehensus, virgis cæsus, ac iudici est præsentatus. Vbi modestiam quam animo præferebat, vultu, habituq; demonstrauit. Interrogatus itineris sui causam veraciter exposuit, aliud quicquam confiteri, quam quod res erat, compelli nunquam potuit. Quare iudicis decreto verberibus grauissimè afflicto, lapides, ouaq; ignita, candentem forcipem, ac ferram, quâ corpus eius lacerabatur, fortiter superauit. Videntes itaq; carnifices inuictam eius animi constantiam, eum suspendio necauerunt: suspensus cum eo duobus latronibus. Quorum carnes frequenti auium bestiarumq; morfu dilaniatæ, ac putredine consumptæ sunt; sancti viri verò corpusculum, vnguibus cum barbâ cæsariæque crescentibus sine corruptione permanens restoruit: sed & torta in quâ integro anno cum dimidio pendebat fronduit. Sed & venabulo transfixus, & rescissus ex corpore carnibus, calidus semper sanguis defluxit. Tandem honorificè sepultus, innumeris claruit miraculis. Rursumq; eleuatum eius incorruptum corpus Medelicum translatum est, A. C. M XV. Ex

Martyrol. Mon. & Bren. Molicensi.



S. COLOMANNVS. EPISC. MAR. ORD. S. BEN.
 Hic Lindisfarrensi Episcopatu relicto in Germaniam
 Euangelii predicandi causa secedens plurimos ad
 Christi fidem conuersit in Austria inquilatus,
 Melici quiescit. III. Id. Oct. A. C. DCLXX. circiter.

O.

MIR 2

100/100
 100/100
 100/100
 III
 2

SIMPERTVS Amberto Duce & Symphoriana Pipini Regis filiâ natus, le-
 cillimos quamuis parentes virtutis laude superauit. Puer in Murbacense
 cœnobium erudiendus datus, pietatem & litteras gnauiter coluit, quâ refa-
 ctum, vt Abbate defuncto, consentientibus fratrum votis sublegeretur. Cùm
 verò Carolus Magnus Augustam superiorum temporum iniuriâ, Boicis præ-
 fertim bellis, magnopere vexatam & afflictam, instaurandam, ciues recreandos
 ornandosq; suscepisset, quod ecclesiæ sedes iam diu vacaret, SIMPERTVM illi,
 quem angelicam vitam inter homines ducere creberrima signa testarentur,
 approbante summo Pontifice, dedit Episcopum. Quo illè munere per omnia
 egregiè functus, spem de se conceptam abundè impleuit. S. Afræ basilicam ad
 ipsam urbem, flammis absumptam, & in alpium faucibus S. Magni monaste-
 rium disiectum restituit. Diœcesim Leonis III. Pont. & Caroli Imp. auctori-
 tate vltra Lycum, eius enim tum alueo finiebatur, longè in Boicam extendit. Or-
 dinationis anno trigesimo IV. Id. Octobr. spiritum Deo reddidit, cui quam-
 charus vixerit, multa post obitum quoq; ostendère miracula. Vnum inter
 cetera, rapuerat puerulum lupus, mater dolore exanimata, SIMPERTVM apud
 Deum intercessorem inclamat, & ecce post horas iam aliquot, fera infantem il-
 læsum refert, ipsa in nemorum latebras, tanquam magni sibi facinoris conscia,
 trepida refugit. Posteritas rem memoriæ commendauit, addito præsu-
 lisim agini lup o puerum ore ferente. Ex

SS. Aug.

S. SIM-



S. SIMPERTVS EPISC. AVGVST.
ORD. S. BENED.

*Redde suum. dulci pignus. fera saria parenti,
SIMPERTVS tubet hoc: en Lupa paret oui.*

M-

S WOLFGANGVS nobili Sueuorum sanguine natus, in Augiensi monasterio litteris apprimè imbutus, ac deinde Henricum coætaneum suum Treuirensem Archiepiscopum Treuirim abeuntem secutus, & clariores honorum titulos aspernatus, ibidem Scholis magnâ cum laude, & suâ voluptate præfuit. Henrico autem vitâ functo, inde profugiens, in Hercyniâ Syluâ, monachum professus est. Vbi aliquandiu commoratus, & in Noricum disseminandæ fidei causâ profectus, inuitus Episcopale fastigium Ratisbonæ conscendit. Tandem compluribus extructis cænobiis, egenis etiam, quos ille Dominos & fratres suos vocitabat humillimè deseruiens, & munere suo sanctissimè perfunctus, iam cælo maturus, positâ corporis sarcinâ, leuior ad cælites euolauit pridie Kal. Nou. A. C. DCCCCXCIV. *Ex vita apud Sur.* Is aliquando popularem aram fugiens, ad Falconem montem iuxta lacum Abernum, ex durâ silice largos vndarum fontes ictu pedi eduxit, & iactu securis, quâ impacta erat rupi, adiculam constituit, quæ hodieq; ob ingentia miracula summâ religione, magnâq; peregrinorum frequentia celebratur.



S. WOLF GANGVS EPISCOPVS ORD. S. BEN.
 WOLFANGI precibus miracula mille patrata
 Sunt olim, plusquam mille patrantur adhuc.

III NOVEM

onaste
 um Tre
 onorum
 orafuit
 chum
 de fidei
 andem
 fratres
 unctus
 die Kal
 em au
 icelar
 at rup
 .

LF.

S PIRMINIVS, liberalibus artibus eruditus, primùm Monachus in cænobio S. D. Mauri: deinde ad Episcopatum Meldensem euectus, mox prædicationis & efficaciam & suauitate singulari omnes longè lateq; ad se populos attraxit. Post hæc à Sintlaco rogatus, vt fidei pastorem negligentiam iam labanti in Alemanniam succurreret, vt primùm Insulam Rhero lacoq; Veneto ambitam, eò vsq; vermibus venenatis ac serpentibus infessam attigit, ita omnes venenatos vermes inde exire cõegit, vt tribus diebus, tribusq; noctibus, quâ parte enatabant, aqua vermibus coopertavideretur. Ibi Monasterio constructo Fratribus aliquandiu Abbas præfuit. Post Augiã pulsus, Alsatiam petiit, in quâ & aliis regionibus plurima fecit construi Monasteria; videlicet Altach superius & inferius; Amerspach, Morbach, Fauarias, Gengenbach, Morsmünster, Schwarzach & Neuwiler, nec non & Schuteram. Quin & S. Mauritii in Dolegiã reformauit. Tandem Monasterio Hornbach constructo ab actione se retrahens, contemplationi totum se mancipauit: nec multò post ibidem III. Nouemb. diem suum obiit, miraculis clarus. Vim. certè aduersum venena cibo aut potioni noxia alexicacam, vniuersè maiores S. PIRMINIO tribuerunt; creditumque nil noxium contrahi, vbi sumendum victum sic benedixerant.

Sanctificet nostram sanctus PIRMINIVS escam.

Dextera PIRMINII benedicat pocula nostra.

Ex Bau. S. & Broueri siderib.



S. PIRMINIVS. EPS. ORD. S. BEN.
 PIRMINIVS BOVS. Alemannis. Alsaciaeque!
 Brixia edificat Claustra sacra DEO,

WILLIAM ORDAZ...
 locum...
 presbiteri...
 plicanus...
 hinc...
 Roman...
 conseru...
 plicanus...
 n...
 nam...
 folus...
 stand...
 scilicet...
 DCCX

Handwritten notes in the right margin, including the Roman numeral III.

IR.

JIVV.2

T

VILNO

S WILLIBORDVS, natione Anglo saxo, cum *S. Suiberto* & aliis decem sociis, Euangelii prædicandi causa ex Britannia in Frisiam anno DCXC traicit, & Vltraiectum venit. Inde ad Pipinum Heristallium se conferunt, vt prædicandi facultatem impetrent. An. DCXCII. S. Lambertus Traiectensis Episcopus, è Taxandriâ agri Brabantini parte, quam tunc excolebat, sapius Willibrordum visitat, & cum eo de propagandâ fide confert. WILLIBORDVS Romam profectus, à S. Sergio Papâ Frisonum Archiepiscopus anno DCXCVI consecratur, in die & basilicâ S. Cæcilie. Româ in Frisiam reuersus, sedem Episcopalem Vltraiecti ad Rhenum anno DCXC. VII. statuit. Vbi multos in breui suâ prædicatione ab idololatriâ ad fidem conuertit. Vlissingensibus lagenam suam pro insigniis reliquit. Porrò dictus Frisîæ, Hollandiæ, & Zelandiæ Apostolus, etiam in Lotharingiâ multos conuertit. Rursùm fidem prædicauit in Flandriâ, vbi Birsitani, Hulstenses, Axellani, & Hasnenses, ab eo ad fidem conuersi. Ecclesias & cænobia plurima construxit. Obiit VII. Nou. A. C. DCCXXXVI. Sepultus in Epternaco monasterio à se constructo, *Ex Mol. & Aut. Myr. fastis.*



2. P. MINVS. E. P. OP. S. BEN.
 P. MINVS. E. P. OP. S. BEN.
 P. MINVS. E. P. OP. S. BEN.



Acceptam referunt BELGÆ, FRISIQ. salutem
 CLEMENTI, dictus qui WILIBRORDVS erat.

D.M.

T 2

XII. NO.

WIL

S BENEDICTVS. MATTHEVS, IOANNES. ISAAC, CHRISTIANVS, BARNABAS Monachi Breunouienſes, vti vitæ ſanctitate celebres, ita tamen celebritate hominum minimè gaudentes, deſiderio ſolitudinis ex Bohemiâ in Poloniam ſecedunt, extructoq; tuguriolo ex lignis coagmentatum ſacellum ſibi conſtituunt, ibi duriffimam agentes vitam, ſoliq; Deo vacantes. Quare Meſchonem Poloniæ Principem inuaſit cupido videndi & alloquendi viros ex rumore ſibi laudatos. Vbi ad latebras eorum peruenit, & Sacellum, in quo ſacros pſallebant hymnos, introiit, affuſâ ſubito oculis & animo ſuo religione, perinde eſt permotus atq; ſi introiſſet penetrale numinum, non hominum. Deniq; illos velut præſentia numina veneratus eſt, tractauitq; liberaliter pecunia oblatâ, quam etiam illis inuitis abiens reliquit, præſidium futuræ inopie, quam ſummam adelle cernebat. Sed enim illi, qui non adumbratam, ſed ſolidam colebant paupertatem, accerſito BARNABA, quem panis & oleris diſpenſationi præfecerant, tollere exitialem pecuniam, & ad Meſchonem continuo referre iubent. Abeunte BARNABA ſuperueniunt latrunculi quidam, & in tugurium nocte irrumpunt, quæſitaq; inibi, & non inuentâ Principis pecuniâ, iram & furorem in cædem inſontium virorum conuertunt: occiſi ad vnum omnes ac ſolum BARNABAS per abſentiam incolumis eſt ſeruatus; qui nihilo minus ſui ſimilis permanens, vitam, quam cæpit colere, puram inculpatamq; ad fatalem uſq; diem ſeruare non deſiit, & ipſe quoq; in tumbâ Gneſnæ, in quam ante ſe interfecti ſodales elati ſunt, conditus eſt. Cæſi ſunt pij
Chriſti cultores circiter anno MX. prid. Id Nou.

Ex Dubran. hiſt. lib. 6.

ELMERTON COLLEGE LIBRARY
UNIVERSITY OF CAMBRIDGE
MAY 18 1891



S. S. BENEDICTVS ET IOANNES MATHÆVS.
 ISAAC CHRISTINVS MARTYRES ET BARNABAS
 ABAS CONFESSOR ORD. S. BENEDICTI IN BOLONIA.

Handwritten text on the book's spine:
 Bened
 III

Partial text from the left page:
 R N A.
 n cele.
 in Po.
 m sibi
 re Me.
 ex ru.
 uo la.
 gione,
 num.
 pecu.
 opiz.
 d foli.
 ispen.
 tinuo
 in tu.
 niã, i.
 um o.
 ihilo.
 tamq.
 az, in.
 ij

NE

IMA 2

T 3

IL NO.

SÆMILIANVS honestis parentibus, natus Vergegii, cum vigesimum annum attigisset, ad quendam Eremitam sanctissimum Felicem nomine adiit, ut ab ipso spiritualis vitæ documentis instrueretur. Id consecutus, postea per quadraginta circiter annos, nullo hominum consortio est usus, solum fruens consolationibus Angelorum, & frequentes Dæmonum insidias perpetiens. Tandem vitam monasticam cum aliis pluribus sub Regula S. P. N. Benedicti professus est; curamq; gerens abbatialem, clarus omnigenis miraculis, & prophetiæ spiritu, obiit in Domino, suæ mortis ante annum præsciens, ætatis autem centesimo, Christi verò DLXXIV. Antonio & Martino vitâ atq; miraculis per omnia similis. Post eius mortem, quia non semel visus est in Hispaniæ defensionem magnis prodigiis de cælo descendere, & cum Mauris pugnare, ex illisq; vnâ solâ vice mactare octuaginta millia: idèd cognomen PATRONI HISPANIÆ simul cum Apostolo Iacobo maiori meritissimè adeptus est; ipsamet ex tunc cum annuæ oblationis voto se gratam ostendente. *Ex Hispan. Script.*



S. AMILIANVS ABBAS ORD. S. BEN.
 AMILIANVS cuius Patronus habetur IBERIS,
 Quod MAVTROS hostes irruerunt ipse neci,

MI.

S GREGORIUS ex Monacho Turonensi, eiusdem urbis Episcopus patrē Florentio, matre Armentaria genere nobilibus procreatus est. Ipse verò literarum studiis addictus, primitus sub Gallo Episcopo, mirificè profecit: postmodum verò sub Auito viro Dei, ad arcem sapientiæ prouectus est. Factus autem Turonensis Ecclesiæ post B. Euphronium Episcopus, tam doctrinā, quàm conuersatione clarus atq; sanctissimus emicuit, qui etiam in vitā miraculis coruscavit. Fuit homo parue staturæ, sed magnæ scientiæ, excelliq; meriti apud DEVM, qui non respicit personam hominis, sed opus & bonam voluntatem. Erat enim in ieiuniis frequens, in orationibus assiduus, & eleemosynis largus, hospitalitatis amator præcipuus, & sanctæ Scripturæ lector studiosus. Vnde, libros multos in laudem Sanctorum præcipuè, & historiam gentis suæ luculento sermone conscripsit. Ecclesias complures construxit, alias item reparauit, & exornauit.

Tandem XXI. Episcopatus sui anno, tanquam septenario annorum numero ter in fide S. Trinitatis completo, appositus est ad patres suos, non tam dierum, quia fermè tricennalis ordinatus est, quam virtutum perfectione plenus: qui tamen non vsquequaq; videtur clausus in tumulo, scilicet restat vt lingua viuat in mundo: & quia sicut credimus, B. Martino in cælo est sociatus, sic etiam corpore est illi in sepulchro vicinus. Obiit XV. Kal. Dec.

A. C. DCXCIV. *Ex vita.*



S. GREGORIVS TVRONENSIS EPISCOPI ORD. S. BEN.
Qui fuit de SS. TRINITATE contra Arianum
Laurigildi Hisp. Regis ad Chilpericum Gallorum Regem
Legatione egregie defendit, et Ecclesiam Dei universam
scriptis libris illustravit, atq. doctrina et sanctitate Clarus
migravit ad Dominum, XV. Cal. Dec. A.C. DXCV.

RE-

2000


V

XVIII. NO.

SODDO, Abbonis nobilis Franci filius adhuc adolescens Ecclesie Turonensis Canonicus cum esset, illud Apostoli apud se repetens: *Si quis ignorat, ignorabitur*, literarum scientiam viro Ecclesiastico dignam cum pietate coniunxit. Virgilium poetam aliquando dum parat legere, somno oppressus vidit quasi vas in signe, sed serpentibus plenum sibi sitienti offerri: quo visu perterritus in posterum sacris literis se totum dedit. Deinde suis in pauperes distributis in solitudinem secessit, ubi per triennium, diem in lectione sacra, noctem ferè in oratione posuit. Victus illi quotidianus, panis semi libra cum fabis paucis: lectus storea humi strata: quæ sensuum incuria & nuditate spontanea locuples muneribus undiq; oblati abstinuit. Postea in Monasterio Gigniacensi S. Bernone Abbate vitam Monasticam seriò egit. Inuitus, & præ humilitate sacerdotio initiari, ac deinceps Abbas esse cogitur. Sollicitudini, puritati, devotioni suorum in DEI Laudibus nocturnis diurnisq;, orationi, & silentio præcipuè cauit, ita vt verborum vice signis necessaria loquerentur. Interim sibi parcus, omnia quæ Monachis Regula permittit abundè suppeditabat. His accessit apparitio crebra SS. MARTINI Turonensis, & P. N. BENEDICTI, è quorum exemplo & patrocinio vnicè pendebat, qui ODDONEM, & illi obsequentes fauoribus, negligentes vindicta cælitus prosequerentur. Deniq; in principum dissidijs componendis, Ecclesiis pacem restituendis, Monasteriis reformandis cum consenuisset, Romæ ex febris moribundus, mortis inducias impetrauit, donec Turones reuersus, S. Martini solennitatem celebrasset: tunc febris redeunte sanctis Ecclesie sacramentis munitus inter suas Fratrumq; preces

animam Deo reddidit XIV. Cal. Dec. circiter A. C.

CMXL. *Ex vita prolixiore ap. Sur.*





S. ODO ABBAS CLUNIACENSIS.
*Canovia odo, Abbas. vnus hys mille reformat;
 Praescribens sacris artia statuta vni.*

Tuto.
 i agn.
 ietate.
 pressu
 su per.
 s distri.
 modem
 ois pau.
 a locut
 cens s.
 tate Sa.
 , deuo.
 praci.
 im sibi
 His ac.
 e quo.
 quentes
 ncipum
 mandis
 erravit,
 ri rede.
 ces

Cor
 S
 pro
 la
 do
 Com
 no
 con
 Vi
 re
 con
 cul
 egi
 in
 la
 reat
 luit
 da
 tio
 nobi

DDO


002

V 2

XXI.NO-

SCOLVMBANVS in Hyberniâ, regione Lagenorum, ex nobilibus parentibus procreatus fuit. Eum mater vterò adhuc cum gereret, velut solem procedere, nimioq; fulgore vniversum orbem implere, per somnium vidit. In literis ita profecit, vt intra ipsos adolescentiæ annos in Psalmorum librum doctissimos commentarios, pluraq; alia ederet. In Benchorensi cœnobio à B. Commogello Abbate in monachum attonsus, cum & Euangelii Dei, & salutis animarum zelo apprimè arderet, obtenta demùm ab Abbate licentiâ, XII. ex eodem collegio socios accepit, & in Britanniam, mox etiam in Galliam traiecit. Vbi cum annis multis gentilium conuersioni fructuosè admodum incumbere, Monasteria diuersa erexit; atq; in primis Luxouium, deinde Fontanas. Ipse corticibus arborum, & herbis in saltu nasci solitis, crebriùs vesceretur. Miraculorum donum ita habuit, vt quotidianis propemodùm fulgeret. E petra enimaquam, Moysis instar produxit. Escas cœlitus non semel habuit. Absentia velut præsens cognouit. Languentium fratrum multitudinem per obedientiæ exercitium mirabiliter curauit. Discipuli digitum præscifum saluâ adglutinavit. Moribundi animam, modo admirabilè corpore ne exiret, quoad voluit, detinuit. Sed impium, Theodoricæ Burgundiæ regis concubinatum redarguere cum non cessaret, Brunehildis, & aulicorum factionibus è monasterio Luxouensi, totoq; regno proscribitus fuit. Nec multò post Bobiense Cœnobium in Apennino saltu cum fundasset, innumeris propemodùm miraculis clarus, animam exhalauit XXI. Nou. A. C. DCXV.

vel XXII. *Ex eius vita apud Sur.*





S. COLVMBANVS ABBAS ORD. S. BEN,
Ipse COLVMBANVS Stoicis duresus ab opis.
Tot legitur varijs Claustra locasse locis.

CO.

SELIGIVS genere Lemouix, Catalaci Eucherio ac Terrigiâ parentibus natus, artem aurifabrorum didicit, in quâ adeò excelluit, ut à Clotario II. in aulam adscitus fuerit, apud quem, eiusq; filium Dagobertum, & Clodouem, nepotem, ob vitæ morumq; sanctitatem gratissimus existit. Mortuo Aichario in Episcopum Nouiensem ac Tornacensem anno DCXLVI electus est. Hunc Flandri & Antuerpienses iure optimo, ut Apostolum suum, præcipuo honore venerantur. Cortraci, Aldeburgi, Rodeburgi, Oistburgi, Brugis, & alibi aras ac templa Deo consecrauit. Feretra seu capsas Sanctorum auro & gemmis exornauit, ac demum anno Domini DCLX. decessit, Nouiomi in cathedrali basilicâ conditus; vbi in hunc vsq; diem miraculis cocuscat. Pars reliquiarum eius postea Brugas ad templum S. Saluatoris est translata. *Ex Fast. Belg. Myrai.*



SOLA natione Britannicus in auxilium S Bonifacio submissus, eius discipulus in instituto monastico fuit, atq; ab eodem presbyter ordinatus, miro virtutum splendore clarus enituit. Locum incoluit, cellam vel curiam Soloris dictum, quem à Carolo Magno possidendum accepit. Quin & accolæ regionum illarum vndecunq; aduentantes, prædiorum suorum partes tradidit. Quæ omnia sibi oblata cænobio Fuldensi subiecit. Cæcum natum S. Crucis signaculo illuminauit. Claudum diuinâ virtute erexit. Surdum & mutum oratione curauit. Aliquando a fello infidens iter agebat. quem lupus delitescens terrebat. Ille desiliens, signo S. Crucis munitus, iubet asinum irruere in lupum: atq; ex præcepto eius præualuit asinus, necatus est lupus. His aliisq; virtutum insignibus quotidie clarescens, laboribusq; vitæ solitaria totus exhaustus ad sempiterna præmia lætus euolauit, III Non. Decembr. circa annum Dom. DCCLX. Multis post annis Altinus V. Eystettensis Episcopus obtinuit apud Gregorium IV Pont. Max. vt S. Sola de tumulo leuatus, Diuorum numero adscriberetur. *Ex vita per*

Ermenoldum scripta.



S. SOLA EPISC. NOVIOM. ORD. S. BEN.
 Hic solus fuit in hoc loco, hunc locum
 hunc locum hunc locum hunc locum
 hunc locum hunc locum hunc locum
 hunc locum hunc locum hunc locum

S. SOLA



Non mihi SOLI laborant.


X

XIII. DE.

OLA

S IYDOCVS, Iudicælis I. huius nominis Britannæ Armoricæ, in Gallia Re-
gis filius, amore regis æterni, temporale regnum à fratre Iudicæle, qui suc-
cesserat, oblatum, spreuit, sed verens, ne quod vltro offerebatur, vel inuitus
fufcipere aliquando cogeretur, ad monasterium S. Maini, in quo à iuuentute
enutritus fuerat, se recipiens, non longè post inde profugit, atq; ad ripam Al-
zei fluminis, in agro Pontino, constructo paruo tugurio, vnico discipulo con-
tentus, monasticam vitam, eamq; durissimam egit: & pro terreno & caduco
regno quod contempfit, cæleste & æternum accepit quod concupierat, A. C.
DCLIII. ipfis Idib. Dec. Cuius corpus virgineum, omnisq; carnalis commix-
tionis contagione immune, ita saluum ac integrum permanfit in tumulto,
ad sexaginta ferè annos, ac si spiritus vitæ foret in eo.

Ex eius vita.



IN III

S. IV



S. IVDOCVS REGIS BRITAN. FILIVS.
ORD. S. BEN.

*Temporale regnum spreuit, monachus factus admiranda san-
ctitate uixit; obiit XIII. Decemb. Anno DC LIII. Eius corpus virgi-
tatis ita permansit integrum in tumulo, ac si uiuere.*

X 2

XVI DE-

IV.

S ADELHEIDIS, filia Rodolphi bellicosi Burgundionum Regis, & Berthae Sueuorum Ducis filia, sanctitate vitae cum primis celebris, defuncto marito Lothario Hugonis filio, ditione Papiensi, tanquam patrimonio suo utens, a Berengario tyranno, qui solus regno praesse, & illius nomen obscurare, aut extinguere conabatur, timebatque ne eam ditionem vna cum regno pro dote in alium transferret, in custodiam coniecta, ac variis iniuriis affecta & vexata est. Ex qua diuinitus educta aliisque grauius periculis liberata, Cthoni Magno Germanorum Regi, qui capto tandem Berengario, potitus regno Italiae, Imperator factus est, matrimonio iungitur.

Imperatore marito longè post mortuo, pius exercitiis, perpetuò vacabat. Cum filio autem Othone usque; adeò feliciter regnauit, ut *Augustum omnium augustissima* dici mereretur. In diuersis orbis partibus plura Canonorum, Monachorum, & Monialium canobia exstruxit, dotauit, ac Ecclesiam Cathedralē Augustanam restaurauit. Et si porro omni virtutum genere ornata, ab omnibus suspiceretur; praecipue tamen nomine liberalitatis erga pauperes commendabatur. Cum quodam die pauperum ad eam confluentium multitudo, numerum paucorum quos secum habebat, longè excederet, miraculose aucti illi sunt in manu eius, ut singulis posset elargiri.

Obiit demum A. C. M. die XVI. Dec. miraculis clara, claudi enim eius intercessione sospitatem impetrarunt: Caeco item cuidam, ad eius sepulchrum dormienti apprensus, visum promisit, si principi eius loci predicaret grauem Dei vindictam in se suosque; nisi bona Ecclesiastica cuidam monasterio inique detenta, restitueret sine morâ: qua legatione perfunctus ille visum recepit. Ad eius sepulchrum ad insaniam redacti, aliisque grauissimis morbis correpti, & a daemone obsessi, ipsius meritis sanitati restituti sunt ac liberati. *Ex vita & Prop. August.*



S. ADELHEIDIS IMPERATRIX VIDVA ORD. S. BENED.
 Rodolphi Burgundi filia, Lothari lialis, & Othonis M.
 Germanicae R. post imp. coniug. aeternum in Mon. Sela obiit.
 Ad cuius sepulchrum grauisimis correpti morbis sanati sunt.
 Ob. XVI. Dec. anno D. millesimo.

EL.

S WVNIBALDVS, natus e regiâ stirpe patre Richardo matre Vunnâ, decennis
 . Monasteriû ingressus mitificè in virtut û stadio profecit. Inde cum patre &
 fratre peregrinationem suscipiens, Lucæ Italiæ vrbe patrem amisit. Inde cum
 fratre Willibaldo Romam digressus, ibidem ab eo Hierosymam proficiscente
 æger relictus est. Post septennii tempus in patriam rediens, multos ad mundi
 contemptum & virtutis semitam traduxit, indeq; Romam reuisens, à Grego-
 rio III P.M S. Bonifacio adiutor in Germanis rectâ fide imbuendis est adiu-
 ctus. A quo Presbyter ordinatus, & septem ecclesiis in Thuringiâ est præfe-
 ctus. Non parùm gratiâ valuit apud Vtilonem Boiorum Ducem, à quo latè
 possessionibus ditatus, aliisq; donis largiter est adiutus. Inde in Heidenheim,
 duo Monasteria construxit, vnum, in quo ipse cum discipulis monasticam vi-
 tam sequeretur; alterum in quo S. Walpurga soror cum sacris Virginibus ex-
 erceretur. Tandem multis clarus virtutibus abiit in cælum XV.

Kal. Ian. A. C. DCCLXXVI, *Ex vitâ
 prolixiori.*

LIBRARIUS HIC LIBRUM VINDICARE DEBEAT
 LIBRARIUS HIC LIBRUM VINDICARE DEBEAT
 LIBRARIUS HIC LIBRUM VINDICARE DEBEAT
 LIBRARIUS HIC LIBRUM VINDICARE DEBEAT
 LIBRARIUS HIC LIBRUM VINDICARE DEBEAT



NI.

S I O S C I O Roseus ad S. Bertinum in vrbe Audomarenſi monachus. De-
S . P A R A E Virgini ſingulariter addiſtus. Eius rei fidem facit breue quidem, et
 piũ, quotidianum, & myſticum erga Dominam & patronam modeſti clien-
 tis officium. Id fuit quinq; Palmorum lectio, eorum nempe quorum initiales
 litteræ M A R I A E nomen expriment: quos poſt matutinas preces, eius in hono-
 rem, ſingulis ſingulas Angelicas præmittens ſalutationes, omni die ſolitus eſt
 recitare. Ierolymitanorum tunc mos is erat Chriſtianorum, quem Theo-
 baldo Cantuarienſi Epifcopo, inde reuerſo, hic didicerat. Hanc Ioscoſi
 pietatem in D E I P A R A M, quid mirandum, eo vita fundto, ſecutum eſt. Enim-
 vero ex demortui capite, quinq; purpureæ, eaq; lectiſſimæ, roſæ in ox proce-
 ſerunt: in quarum prima M A R I A E nomen manifeſtè ac mirabiliter effictum ap-
 paruit. Vna ex ore, duæ ex oculis, totidem ex auribus prodibant. Septem die-
 rum ſpatio in humatum iacuit beati viri corpus, pio omnibus ſpectaculo, ma-
 gna fidelium, rem ſupra naturæ ordinem admirantium, religione. Andrea
 Atrebatium Præful, oculatus inter alios huius miraculi teſtis, beatum Iosco-
 N E M terræ mandavit. Iacet autem ſepultus in choro S. Bertini ſub arâ minoris,
 iuxta quam, poſt chorum, candido ſculptus in lapide, diſtis cum roſis vi-
 ſitur. Multis poſt mortem ſignis claruit. Ob. XXX. Nou.

A. C. MCLXIII. Ex Faſtis Belg. Myrai.





S. IOSCIOROSEVS ORD. S. BEN.
Hic Beip Virgini deuotus, quotidie Psalmos quo-
ru initialis litera nome MARIA exprimit recitabat. Hic
mortui capite quinq; rose p̄ se seruit nome MARIA continet. Obijt
xxx Non A. C. M. C. LXIII.

Faint, illegible text visible through the paper from the reverse side of the page.

.10.

VAM 2

Y

S MAY

S. M. AVRELIUS CASSIODORVS. nobilissimâ sui temporis familiâ ortus, vir eruditissimus, primùm Comitium rerum priuatarum, inde sacrarum largitionum est insignitus: insuper Præfecturis Prouinciarum Sicilia vtriusq; Brutiorum, atq; Lucaniæ potitus, Patriciatus postea sublimè suggestum, consecendit, Palatinæ item quæsturæ munere functus; creuit in Magistrum officiorum, auctusq; etiam sublimitate Præfecturæ Prætorii, ac deniq; summi honoris verticem, A. C. DXIV. atgit Consulatum. Tandem verò seculo nuncium remisit, atq; monasterii captauit quietem: cum iam degustans spiritalis vitæ dulcedinem, cratere potitus sapientiæ, hoc ore promebat, styloq; pingebat, quo erat plenus interius: nam in fine libri de Anima: *Tibi deniq; Domino, inquit, nobilius est seruire, quam mundi regna capessere; quando ex seruis filij, ex impijs iusti, de captiuis reddimur absoluti, &c.*

Igitur se contulit in Monasterium à se constructum, *Visuariense*, siue *Castellense* dictum: quod ita instituit, vt nihil Deo seruientibus ex iis deesset, quæ Christiano philosophanti ad rerum diuinarum contemplationem conducebant. Sed quod omnibus præstat, egregiam ibidem Bibliothecam constituit, Græcis, Latinisq; libris tam profanorum, quam Ecclesiasticorum auctorum, longè instructissimam, & scholam sacrarum litterarum. Omnia eius opera, & quo fermè ordine eius libri fuere conscripti, accuratè Card. Baronius collegit, & ex eo Antonius Posseuinus.

In suo monasterio tandem sancto fine quieuit. nonaginta quinq; annos natus, A. C. D. LXXV. teste Petro Opomero in Chronogr.

Ex Baron. & Posseu.



S. MAV-



S. MAGNVS AVRELIVS CASSIODORVS
 ORDIN. S. BENED.
*D.C. Senator per. filonomasiam dicitur. Cum ex quaestor. Sacrij Palatii,
 Magister Officiorum, atq. praefectus fuisset praetorij, instructo apud Ravennam
 Monasterio Pharianensi ubi monachus & postmodum abbas fuit, factus tandem
 sanctitate clarus atq. XCV. annos natus vita excessisse traditur. A.C. DLXXXV.*

B
 placet
 vero
 unis
 dicitur
 fulen
 hunc
 natus
 mada
 sup. o
 gorius
 pilius
 per
 natus
 alios
 is
 Ad
 par
 tiamore

as, vir
 largi.
 Bru.
 ascen-
 um,
 verti-
 missi,
 accedi-
 o erat
 nobi.
 ssi, de
 e Co-
 e, quz
 duce-
 tituit,
 rum.
 era, &
 lligii,
 annos

AV.

AMA 3

Y 2

B. AMA 3

B AMALARIUS FORTVNATVS, primo tempore vsus est Præceptore Albino Flacco Alcuino Abbate Monasterii S. Martini Turonensis. Monasticas verò disciplinas didicit in Luxotiuensi Burgundiæ Monasterio. Cùm ergò in diuinis & humanis literis eruditissimus euasisset, eum Leo III. Papa S. R. E. Cardinalem annisq̃ue postmodùm quatuor exactis, Treuerensium Sedi Archipræfulem, ac Galliæ Belgicæ Primatem donauit; A. C. DCCCIV. Nouem post annis à Carolo Magno Constantinopolim Legatus mittitur, ad pacem confirmandam. Librum verò suum de Officiis Ecclesiasticis scripsit, & Ludouico Imp. obtulit anno DCCCXXVII. Post anno DCCCXXXI. ab eodem ad Gregorium IV. Legatus missus est, vt Antiphonarii scriberet ordinem. Hic etiam piissimus Pater *Mortuorum Officium* collegit, ordinauit, instituit. Tres insuper Quadragesimas obseruabat, id est, ante Pascha, circa festiuitatem S. Ioannis, & ante Natiuitatem Domini. Adhæc beatissimam DEIPARAM Virginem, aliosq̃; Regni cælestis ciues, vt ex ipsiusmet scriptis apparet, potentissimo amoris affectu prosequabatur.

Adhuc mortali corpore circumdatus, mente ac spiritu ad cælestia anhelabat, Christo frui exoptabat, Sanctorum iungi cætibus appetebat, cælestis patriæ amore flagrabat: ad quam tandem peruenit, non longè à salutis anno DCCCXXXIII. *Ex ea qua est per R. D.*

Constant, Casier.



S. M. AVRELIUS CASSIODORUS
ORDIN. DE
OFFICIIS ECCLESIASTICIS
LIB. I. CAP. I.



B. AMALARIUS FORTVNATVS S. R. E. CARD.
 ARCHIEP. TREVER. ORD. S. BEN.
Defunctorum animas. AMALARIUS. igne piandas.
Exsolui cupiens, uota precibus dedit.

ABBT. 2


Y 3

3. EBBA

MA.

SEBBA, Ethelfridi Northumbriæ Regis filia. Collinghanmensis cænobiab-
batissa, metuens ne & ipsa, cui sollicitudo regiminis & cura pastoralis com-
missa fuerat, cum sibi subiectis virginibus ludibrio traderetur paganorum, vt
pudicitiam amitteret virginalem, conuocatis sororibus in capitulum vniuer-
sis, in hanc vocem prorupit dicens: *Aduenerunt nuper (inquit) ad partes no-
stras pagani nequissimi, & totius humanitatis ignari, qui loca regionis huius singula
perlustrantes, nec sexui muliebri nec paruulorum quidem parcentes atati. Ecclesias
& personas Ecclesiasticas destruunt, feminas sanctimoniales prostituunt, & omnia
sibi quaque conterendo consumunt. Itaq; si consiliis meis acquiescere decreueris,
spem certam de clementiâ diuinâ concipio, quod & barbarorum rabiem effugere va-
lebimus, & perpetue virginitatis pudicitiam custodire. Cunctis annuentibus, illa
admirandæ animositate abbatissa, arreptâ nauiculâ nasum proprium cum la-
bro superiori ad dentes vsq; præciciens, horrendum dese spectaculum præbuit
vniuersis. Quod factum memorabile cæteræ sunt secutæ. Manè igitur super-
uenientes tyranni ac conspicientes abbatissam & sorores tam enormiter muti-
latas, & in suo sanguine, à plantâ pedis, vsq; ad verticē tabefactas, cū festinatione
cedentes, præceperunt satellitibus suis, vt iniecto igne, monasterium cum ipsis
sanctimonialibus concremarent. Sicq; S. Abbatissa, & omnes virgines sanctis-
simæ ad martyrij gloriam peruenerunt. Ex V. Bed. hist. Angl. l. 4. c.*

19. & Matih. V. Westmon. adan. 870.



S. EBBA

8888

7



S. EBBA ABBATISSA ORD. S. BEN.
 Hæc Angla et regij sanguinis, ne in Danorum insideliū
 libidinem incurreret, nasum et superius labrum sui pro-
 scidit, cuius exemplum moniales sequuta, simul non in episc
 igne sunt absumptæ, circa an. DCCCLXX.

S. BERCH-

BBA

BERCHTOLDVS, primùm armarii & claustralis Prioris officio functus est in S. Blasii Monasterio, deinde itidem Prior Kotwicensis fuit, indeq; e vocatus, primus Abbas Garstensis constitutus est Cænobii, nouitèr fundati ab Otacharo Marchione Stirensi, qui & ibidem mutato seculari habitu Monachus est effectus. Disciplinæ regularis custos strictissimus existens, ad exemplum magni illius BENEDECTI, labrum æneum plenum denariis, & XXX. panes, contra suum iussum pauperibus deuogatos iussit in flumen Anasum precipitari Meritis ipsius & benedictione paucitas piscium seu vini aliquãdo ita creuit, vt omnibus præter spem, sufficeret. Aliàs etiam multis conuiuantibus pisces diuisit, & tamen in nullo minui plenitudo visa est. Torrentem Garsten alueum suum egressum, claustriq; officinas inundantem, oratione cohibuit. Aliquoties cùm pisces deessent, fiducia de Domino concepitã miraculosè acquisiuit. In curandis energumenis mirã virtute pollebat; charitatis visceribus totus diffuebat; prophetiæ etiam dono præditus. Infirmatus aliquando, sibi aquam deferri iussit, quam bibens, in vinum conuersam reperit. Rursum ergo pro aquã mittens, iterum vinum esse sensit; vnde resolutus in lachrymas: Quid, inquit, *Saluator agis? Nonne peccator sum indignus, propter quem signaficias?* quod etiam alias non semel euenisse plurimi testati sunt. Iam verò de hoc seculo migraturus conuocatis fratribus, sic est eos allocutus: *Tempus, inquit, aduenit hinc transeundi, nec ultra differri valet diu exoptatum, vix exspectatum. Sed scitote, quia vos nunquam deseram, & huic loco fidelis in perpetuum, deuotiq; cooperator existam. Corporali quidem diuisione separandi sumus; sed spiritum semper vobiscum ero. Dico tamen, quod post discessum meum locus iste minime carebit aduersis, & semet ipso minor & inferior multum retrocessisse videbitur; sed tamen; per gratiam Dei, citò resurget, & melioris status resumet dignitatem.* Tandem migraturus Litanias ipse incepit, & donec efflaret spiritum cùm aliis decantauit. Eius funus cùm portaretur ad Ecclesiam, stupendo miraculo, feretrum virtute diuina subleuatum, nequaquam portitorum humeros tangebatur.

Obiit beatus vir XXVII. Iulii A. C. MCXC. Regiminis XXX. post mortem innumeris clarus miraculis. *Ex vita typis impressa Ingolstadt.*



B. BERTHOLDVS ABBAS ORD. S. BEN.
 Primus Garsenensis Monasterij in superiori Austriae Abbas,
 omnigenis virtutibus illustris, inter Litaniarum cantum
 XXVII. Julij A. C. MCXL. excepit evisu. Eius sacrum corpus
 Angelicis ad tumulum deportatum, manibus innumeris Clare
 miraculis

CH.

AD PERILLVSTREM
ET REVERENDISSIMVM DOMINVM
D. CONSTANTINVM CAIETANVM S. D. N. A SA-
cris literarum monumentis, & Abbatem Præsidentem Col-
legii Gregoriani Domus S. BENE-
DICTI.


A P O S T R O P H E.



EN CONSTANTINE CAIETANE Sanctorum Ordinis nostri (qui non solum antiquitate sed & Sanctorum numero, & dignitate ceteros antecellit) imagines æreis tabellis expressas, non omnium quidem (quis enim posset, etiam si maximè vellet) sed magis celebrium, Tuo præcipuè hortatu & auctoritate prodeuntes, inter quos Nominis Tui rationem non habere, nefas putavi. Est enim è ferrugine splendorem petere; id est, ex pertenui hoc scriptiois genere, accessionem amplissimæ dignitati Tuæ fieri, haud posse mihi facillè persuadere: quia tamen complurium SS. Vitæ Tuo studio illustratæ sunt, sic à Te vel postliminii iure vindicari, par est.

Quid ni enim Te inter Benedictina sidera connumerare decet, qui non solum posthabitis illustrissimæ Familiæ Caietanæ natalibus, DEO sub S. BENE-
DICTI P. N. signis militare elegisti, sed ubi eruditionis nomine in ipsum Palatium Apostolicum vocatus, sub V. SS. PP. ultra viginti annos doctrinæ ac innocentiae famâ, totque scriptis insignibus libris vniuersum Christianum orbem repleuisses, & magnum Ordini nostro nomen peperisses; his non contentus, re ipsâ posteritatem etiam iuuare voluisti. Hinc Collegii Gregoriani Domus S. BENE-
DICTI foundationem meditari cepisti, atque præter insignem Bibliothecam, omnem supellectilem, & alia quæ industriâ Tuâ acquirere potuisti, illuc transportare intendisti, per amplexum basilicæ Monachis constituto domicilio, addito præstantium ingeniorum laude, & doctrinarum vsu florantissimo Gymnasio, rarissimis pietatis exemplis. Vnde, ni pudor mihi modum statueret, & religiosa Tua modestia, officij admoneret, ex Te ipso possum complura laudis argumenta contexere, & in latissimum inde campum prædica-

HÆC CAIETANÆ SVNT CLARA 179
INSIGNIA GENTIS.



Z. 2

prædicationis virtutum Tuarum, excurrete. Sed neminiū auribus Tuis de-
 disse videar, aliis hæc commemoranda relinquo, sapientum voce admonitus,
Virtuti laudes post funera rectius persolui, & ab exequiis manus venire nomen.
 Illud quidem hac apostrophe efficere conatus sum, vt PERILLVSTRIS & RE-
 VERENDISSIME PATRONE, intelligeres, quæ singularia, & maxima in Mo-
 nachos Ordinis nostri, & meipsum beneficia contulisti, eorum memoriam
 non solius Italiæ, amplissimæ quantumuis prouinciæ, finibus concludi,
 sed omnium nostrum, quotquot S. BENEDICTO nomen de-
 dimus, animo gratissimo recoli, & con-
 seruari.

INDEX

INDEX.

S Adalbertus Episc. 23. April.
S. Adalardus Abas. 2. Ian.
S. Adelbertus. 25. Junij.
S. Adelgundis Ab. 29. Ian.
S. Adelheidis Imp. 16. Decemb.
S. Emilianus. Ab. 12. Nou.
S. Alcuinus Ab. 18. Maij.
S. Amalarius Archiep. Card. 30. Ian.
S. Amichadus. 1. Maij.
S. Andreas Zoerardus. 12. April.
S. Anselmus Archiep. 3. Febr.
S. Angarius Archiep. 26. Maij.
S. Augustinus Archiep. 27. Maij.
S. Beda E. D. 21. Martij.
S. Benedictus Abbas. 1. Maij.
S. Benedictus Martyr. 12. Nou.
B. Berchtoldus Abbas. 27. Julij.
S. Bonifacius Archiep. mar. 5. Junij.
S. Bonitus Episc. 15. Ian.
S. Bernardus Abbas. 20. August.
S. Carolomannus Rex. 17. Aug.
S. Cassiodorus. 13. Oct.
S. Colomannus Episc. mart. 21. Nou.
S. Corbinianus Episc. 8. Sept.
S. Deocharus Abbas. 7. Junij.
S. Disibodus Episc. 8. Junij.
SS. Ducenti Martyres. 6. Augusti.
S. Ebba Abbatissa. 1. Julij.
S. Eberhardus Archiep. 23. Junij.
S. Edilreda Regina, 15. Julij.
B. Eginus Abbas. 1. Decemb.
S. Eligius Episc.

58
 10
 90
 18
 164
 150
 68
 172
 26
 60
 56
 24
 72
 74
 46
 60
 148
 176
 78
 14
 114
 112
 170
 138
 156
 120
 80
 82
 108
 174
 92
 88
 106
 158
 S. Elifa-

Z 3

INDEX

I N D E X

S. Elifabeth Ab.	18. Junij.	24
S. Emmerammus Ep. M.	22. Sept.	126
S. Engelmundus Ab.	21. Junij.	16
S. Eulogius M.	11. Martij.	42
S. Florentina.		34
S. Francisca Romana.	9. Martij.	4
S. Fulgentius Episcopus.		34
S. Gerardus Episc. M.	24. Sept.	121
S. Gertrudis Ab.		84
S. Gothardus Episc.	5. Maij.	64
S. Gregorius M. P.	12. Martij.	44
S. Gregorius VII. P.	25. Maij.	71
S. Gregorius Turom.	17. Non.	171
S. Haimo Episc.	28. Martij.	57
S. Hidulphus Archiep.	11. Julij.	104
S. Hildegardis Ab.	15. Sept.	84
S. Ieron M.	17. Aug.	111
S. Ildefonsus Episc.	23. Ian.	11
S. Ioannes Damasc.	6. Maij.	66
S. Ioscio Roseus.	30. Nou.	161
S. Isidorus Ep.	4. April.	34
S. Iudocus.	13. Dec.	162
S. Kilianus Episc. M.	8. Julij.	102
S. Lambertus Ep. M.	17. Sept.	114
S. Lanfrancus Archiep.	3. Julij.	61
S. Laurentius Archiep.	2. Febr.	22
S. Leander Archiep.	2. Febr.	21
S. Leodegarius Ep. M.	2. Oct.	84
S. Magnus Ab.	6. Sept.	11
S. Maurus Ab.	15. Ian.	12
S. Mechtildis		74
S. Odilo Ab.	1. Ian.	8
S. Odo Ab.	18. Nou.	44
S. Otho Episc.	2. Julij.	94
S. Petrus Damianus.	22. Febr.	31
S. Pirminius Episc.	3. Nou.	144

S. Plac.

I N D E X.


24	S. Placidus Ab. M.	5. Oct.	136
126	S. Procopius Ab.	1. Apr.	52
16	S. Rabanus Archiep.	4. Febr.	26
42	S. Reginaldus Epif.	21. Aug.	116
34	S. Richardus Rex.	7. Febr.	28
4	S. Rupertus Ab.	3. Martij.	38
34	S. Rupertus Epif.	27. Martij.	48
128	S. Scholastica.	10. Febr.	20
84	S. Simpertus Epif.	13. Oct.	140
64	S. Sola Ab.	3. Dec.	160
44	S. Subertus Epif.	1. Martij.	36
70	S. Theodardus Ep. M.	10. Sept.	122
152	S. Thimo Archiep. M.	28. Sept.	130
50	S. Vdalricus Epif.	4. Julij.	98
104	S. Walpurga Ab.	1. Maij.	62
84	S. Wafnulpus Epif.	1. Octob.	132
111	S. Wicterpus Ep.	18. April.	54
10	S. Wilhelmus.	28. Maij.	76
66	S. Wilibaldus Ep.	7. Julij.	100
168	S. Wilibrordus Archiep.	7. Nov.	146
34	S. Wolfgangus Epif.	30. Octob.	142
162	S. Wunibaldus Abbas.	18. Dec.	166
102			202
114			112
60			150
22			122
21			92
104			132
111			142
12			102
74			124
8			108
154			154
94			114
32			132
144			144
S. Placi			166


EMEN

E M E N D A N D A


pag.	versu.	
4	8	relinqueret.
Ibi	24	quoniam.
5	30	circumierunt.
18	7	lassatas.
26	24	gesserit.
36	3	loco.
ibid.	5	descenderat.
ibid.	13	insomnem.
40	10	panem.
44	20	virtutibus.
48	2	ex Monacho.
52	15	Designatus.
56	29	sancta.
64	14	capita.
76	12	offerit.
ibid.	20	habitus.
78	22	ad.
84	4	nunc.
90	11	consummationem.
102	1	Hybernus.
114	16	incrementa
120	---	118.
121	---	119.
120	17	quæ.
122	2	secessisset.
124	10	eisdem.
126	27	morientis.
134	6	dignitatem.
136	9	regulâ cum.
138	2	Archiepiscopatus.
Ibid.	13	afflictus.
148	21	interfecti.
170	7	attigit.

F I N I S.

































952

Th
4895



Imaging
SS. Ordini
S. Bened
XC
SIII
13